

RXVI b

in - 4°

13

SORBONNE



R XVI b 13 m-40

PARIS


ROBERT THOMAS

RICHARDSON

C. PLINI SE-
cundi Nouocomēsis de Vi-
RIS ILLVSTRIBVS LIBER,

PHILIPPI PRAEPOSITI
Poncherij Commentariis illustratus.

QVARTA AEDITIO.



PARISIIS,
*Apud Thomam Richardum, sub Bibliis aureis, è
regione Collegij Remensis.*

1 5 50.

CAPITULI

Novocomensis de Vi

LIBRARIIS LIBRARIIS

PHILIPPUS PRÆPOSITUS

Commissarius

QUARTA AEDITIO.



PARISIIS

Apud Thomam Richardum sub Bibliotheca

regie Collegij Remensis.

1720.

PHILIPPVS PRÆPOSITVS

*Poncherius Reuerēdo in Christo Patri Cameræfontis
cœnobiarchæ, Ambianensique Decano, Hadria-
no Henēcurtio doctori Theologo, & auunculo
de se quàm optimè merito Natali Furnæo
Ambianensi Canonico, S. D. P.*



Rudiendę iuuētuti præfectus anno su-
periore, viri per celebres, intellexi faci-
lè ingentem librorū supellectilè desi-
derari ad verā & germanā historiæ
Romanę notitiā: in cuius intelligē-
tia propter voluminum penuriā per-
multos diu & frustra sæpius elaborasse video, quibus
ut hoc in opusculo (cui titulus est De viris illustribus)
infinitam voluminum vim liceat euoluere, ex optimis
quibúsque authoribus collegi, quæ hac in lectione mul-
ta requiri putarē. Nec tam refert à quo quid dictū sit,
quàm quid dicatur, etiā si celebris & classicus author pluri-
mū ponderis & fidei dictis adiungat. Neque vetat ean-
dem sentētiā à diuersis authoribus proficisci, siue id
faciat imitatio, siue casus. Historię laudes nūc persequi
mihi sanè prolixū, ac propè superuacaneum esse vide-
tur, quæ res præclare secūsve gestas velut in tabula spe-
ctādas representat: & vt cū voluptate discitur, facileque
insidet animo, ita lōgè plus habet philosophię in reces-
su, quàm prima fronte præ se fert. Legimus autē priscis
illis temporibus hoc præcipuo fuisse studio, vt histo-
rias cognitu dignas tenellis puerorū insererent animis,

ac rudis ætas **n**ondum matura seriis philosophiæ præ-
ceptis, per **l**usum disceret, quæ per omnem vitam ma-
gno forent **v**sui. Quare in communem omnium utili-
tatē hos **c**ommentarios scripsi, vt historiis animi vigo-
rem recreare, & ad honestos labores alacrem quisque
se se reddere **p**ossit. Itaque quoties datur à negotiis va-
cuum tempus, **a**ut ipsa res hilaritatem postulat, multò
certè decentius **e**st, hisce lectis historiis animum com-
ponere, quàm **i**lliberalibus, indoctis & obscœnis fabu-
lis oblectari. **V**ereor interim ne murem (vt dici solet)
ostendam pro **l**eone: nam hisce præsertim temporibus
labor honestus **n**il nisi cõtemptum parit & inuidiam.
Cæterū si vos **m**eis laborib^o delectari percepero, haud
me huius operæ **l**icet humilioris (vt aliqui fortasse iu-
dicabunt) **p**œnitebit. Scio tamen non ingratum vobis
fore, communi **a**dolescentulorum studio hoc utilitatis
accessisse: **n**obis interim non minus iucundum, quàm
honorificum **f**uerit, si fronte hilari (vt soletis omnia)
quantulamcunq^e nostram hanc operam suscipiatis.
Tu **H**enencurti eruditissime cum hoc Meccœnate meo
cùm propter egregiam & singularem eruditionem tu-
am, tum ob **i**ncredibilem quandam morum tuorū sua-
uitatem, ac vitæ **s**anctimoniã ita coniunctus es, vt haud
sciam, an cum **v**llo mortalium vnquam vlli fuerit vel
arctior necessitudo, vel consuetudo iucundior. Nec tã
valetudini profuit utilis regio, & salubre cœlū, quàm
animis parum **f**irmis in turba meliorum versari: sumū-
tur enim à conuersantibus mores: nam si iuxta claudū
habites, disces **s**ubclaudicare: itaque quidam est occul-

tus naturæ cōsensus, quî fit, vt statim oscitare incipiat, qui viderit oscitantem. Plutarchus in commētario De ratione dignoscendi verum amicum ab adulatore scribit, tantam habere vim assiduam consuetudinē, vt imprudentes etiam imitemur eorum mores, quibus cum viuimus. Huius mei auunculi assidua consuetudine ita mores synceros imbibisti, vt integritate vitæ alterum Furnæum te facilè iudicem. Tu optimæ indolis discipulus olim doctum hunc nactus es præceptorē, à quo magna diligentia probè es institutus: sicuti profectò magnum tuæ eruditionis specimen edidisti, qui ob virtutem eximiam, & incredibilem eruditionem tuā, inter doctores Theologos vt palmam è victoria referēs, iure tuo primo sis donatus ordine. Pietatem integram & inuictissimum animum tuum erga fidei Christianæ calumniatores nunc quid commemorem? sed quid ego singula recensere coner? vincit omnem eloquentiam rerum à te præclare gestarum commemoratio longa. Iam verò Furnæi Meccenas optime innumera propè tua in me cumulata beneficia sine scelere, aut sine turpi inhumanitatis nota prætermittere non possum. Quartum adhuc agens annum vtroque parente sum orbatus: at Deus Opt. Max. te mihi parentem alterum reddidit, à quo ad præsentem vsque diem sumptibus multis humanissimè sum educatus. Quamobrem mi auuncule, vt mei præsentis officij est, vellem agere posse tibi meritas gratias: tale enim mihi testimoniū præbes amoris erga me tui, vt vehementer me tibi omniratione, & fatear, & gaudeam obstrictū esse: tibi verò

C. PLINII SECUNDI NOVO
comensis de Viris illustribus Liber.

De Proca rege Albanorum. Cap. I.



D Roca rex Albanorum Amuliū & Numitorem filios habuit, quibus regnū annuis vicibus habendum reliquit, & ut alternis imperarent: sed Amulius fratri imperium non dedit. Et ut eum sobole priuaret, Rheam Syluiam filiam eius Vestę sacerdotem præfecit, ut virginitate perpetua teneretur: quæ à marte compressa, Romulum & Remum edidit. Amulius ipsam in vincula compegit. Paruulos in Tyberim abiecit, quos aqua in sicco reliquit. Ad vagitum Lupa accurrit, eosque yberibus suis aluit. Mox Faustulus pastor collectos Accæ Laurentiæ coniugi educandos dedit. Qui postea Amulio interfecto, Numitori quo regnum restituerunt. Ipsi pastoribus coadunatis ciuitatem condiderunt, quam Romulus augurio victor, quod ipse XII. Remus VI. vultures viderat, Romam vocauit. Et ut eam prius legibus quàm mœnibus muniret, edixit, ne quis vallum transiliret: quod Remus irridens transiliuit, & à Fabio Cele-centurione rastro fertur occisus.

Proca rex Albanorum.) A Troianis Albani traxerunt originem, ab Albanis Romani, Proca (vt Liuius placet) Auentini filius fuit, regnauitque annos 23. & priusquam Romulus Romam condidisset, annos 64. Quibus regnum annuis vicibus.) Lege Boccatium lib. 6. capitibus 69. 70. 71. 72. & 73. Ut eum sobole priuaret.) Lausum Numitoris filium Amulius interemit. Rheam Syluiam.) Rhea Remi & Romuli mater ac Numitoris filia, quæ alio nomine Ilia vocabatur: illa virgo Vestalis Deo dicata, quia incestus conuicta sub humo effossa ad portam Colinam, diem clausit extremum,

Roca rex.

De Roca rege cum dicitur huc ab quo
Fellus paganus proculdubio agitatur
Fellus mater sua dicitur proclibit
Fellus proclibit que illi est proclibit
Fellus quod est proclibit ab illo filio
Fellus conuicta fuit ab illo vnde ab illo
Fellus fuit. ut quibus huc sunt roman
origines. & caputurum huc sunt de romana
republica, quæ fuit ab ab illo.

Quisnam famus nonnulli huc originem
Fellus huc amulio proclibit
Fellus huc alia pertinet omni huc sunt
Fellus amulio huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt

Virginitas perpetua ut dicitur
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt

Lupa accurrit alii huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt

Amulio interfecto Numitori quo regnum restituerunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt

Romulus augurio victor quod ipse XII. Remus VI. vultures
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt

Remus irridens transiliuit & à Fabio Cele-centurione
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt

Remus irridens transiliuit & à Fabio Cele-centurione
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt
Fellus huc sunt huc sunt huc sunt huc sunt

vt scribit Eutropius. Vestæ sacerdotem.) Vestæ nil aliud est quàm purus ignis. Vestalem ignem (qui diligentissimè à virginibus seruabatur) cū penatibus Aeneas à Troia in Latium attulit. De virginibus vestalibus, illarumque disciplina, & institutione tradit Gellius lib. I. cap. 12. & Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 12. Quæ à Marte compressa.) Rhea dum aquam pro sacris quæreret, obdormiuit, & illi in somnis visum est à Marte comprimi: quod fabulosum nouit Cicero libris de natura Deorū. Mars deus est belli ex Ioue & Iunone natus: sic dictus quod maribus præsit in bello. Romulum & Remum.) Romulus vrbis Romæ conditor, à Romula arbore, sub qua inuentus est, sic dictus. Amulius ipsam.) Amulius qui minor erat natu, fratri Numitori regnum abstulit, regnauitque annis 44. In Tyberim abiecit.) Tybris in Latio fluiuius, qui & Albula ab aquæ albedine dictus est. Accæ Laurentiæ.) Acca Laurentia duodecim suscepit liberos, vt ait Massurius Sabinus: ab hocque numero duodenario Aruorum sacerdotes duodecim esse. Romulus inter hos Accæ liberos fratrem duodecimum se appellauit, Plinio teste. Hi autem dicti sunt fratres Aruales, qui sacra publica faciebant, vt fruges ferrent arua. Ciuitatem condiderunt.) Romulus & Remus Romam construxerunt 12. Cal. Maij, anno quatermillesimo 449 à mundo cõdito, & ante natū Christum 449. post euersam Troiam anno 335. aut vt Orosius lib. 2. cap. 4. anno 414. Augurio victor.) Romulus augur fuit, ideoque instituit magistratus augurio firmari: itaque posteri non nisi augurio captato res inchoabant. Sex vultures viderat.) Vultur auis rapax & carniuora, à tardo volatu sic dicta. cuius vita ad centesimum vsque annum producitur: aiuntque vultures sine semine masculorum concipere, & sine cõiunctione generare. Romam vocauit.) Roma fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos. Et vt eam prius legibus.) Leges in ciuitate necessarias esse ostendit M. Tullius in Oratione pro Cluentio, dicens, Mens & animus & sententia Reip. posita sunt in legibus: & vt corpora nostra sine mente, sic Resp. sine lege suis partibus, vt corpore, sanguine, & neruis uti non potest. Ne quis vallum transiliret.) Vallum vulgo castrorū munitio palificata dicitur, quod ex vallis fiat. Et à Fabio Celere centurione.) Huic quod funebres ludos & visceratione sine mora exoluendos curauit, Celeris nomen datum est. Centurio dicitur qui centū peditibus præest: singulæ autem centuriæ centum militibus constabant. Rastro fertur occisus.) Quid sit rastrum, tradit Varro de Re rustica lib. 1.

De Romulo Romanorum rege I. Cap. 2.

Romulus asyllum conuenis patefecit, & magno exercitu facto, quum videret coniugia deesse, per legatos à finitimis ciuitatibus petiit. Quibus negatis, ludos Cõsualia simulauit: ad quos cū vtriusque sexus multitudine venisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt: ex quibus quum vna pulcherrima cum magna omnium admiratione duceretur, Thalassio eam duci responsum: Quæ nuptiæ quia feliciter cesserunt, institum est, vt omnibus nuptiis Thalassij nomē inuocaretur. Quum

fœminas finitimorum Romani vi rapuissent, primi Ce-
 ninenses contra eos bellū sumpserunt. Aduersus quos
 Romulus processit, & exercitum eorum ac ducē Acro-
 nem singulari prælio deuicit: Spolia opima Ioui Fere-
 trio in capitolio consecrauit. Sabini ob raptas, bellum
 aduersus Romanos sumpserūt. Et quum Romæ appro-
 pinquarent, Tarpeia virginē nacti, quæ aquæ causā sa-
 crorū gratia hauriendæ descēderat, ei T. Tatius optionē
 muneris dedit si exercitum suū in Capitoliū perdu-
 xisset. Illa petiit, quod illi in sinistris manibus gerebāt:
 videlicet annulos & armillas. quibus dolosè repromis-
 sis, Sabinos in arcē perduxit, vbi T. Tatius scutis eā ob-
 rui præcipit: nam & ea in læuis habuerant. Romulus
 aduersus Tatum, qui montem Tarpeiū tenebat, proces-
 sit: ac in eo loco vbi nunc Rom. forum est, pugnam cō-
 seruit. Ibi Hostius Hostilius fortissimè dimicās cecidit:
 cuius interitu cōsternati Rom. fugere cœperunt. Tunc
 Romulus Ioui Statori ædem vovit, & exercitui seu for-
 tē, seu diuinitus restitit. Tunc raptæ in mediū processe-
 runt: & hinc patres, inde coniuges deprecata pacē con-
 ciliarunt. Romulus fœdus percussit, & Sabinos in vrbe
 recepit: populum à Curibus oppido Sabinorum, Qui-
 rites vocauit. Centum senatores ab ætate Patres appel-
 lauit. Tres equitum centurias instituit, quas suo nomi-
 ne Rānenses, à T. Tatío Titientes, à Lucumone Luceres
 appellauit. Plebem in triginta curias distribuit, easque
 raptarum nomine appellauit. Quum apud Capreæ pa-
 ludē exercitū lustraret, nonnō quā coparuit. Vnde in-
 ter patres & populū seditione orta, Iulius Proculus vir
 nobilis in cōcionē processit, & iureiurādo firmauit Ro-

Handwritten marginal notes in Latin:
 Romanus quatuor dubitatur...
 Romulus qui quiritur...
 quiritur...
 Sabini...
 Curia...
 Iulius Proculus...
 Batio...
 Quiritis...
 Iulius Proculus...
 Batio...
 Quiritis...

B

mulum à se in colle Quirinali visum ^{forma magis} augustiore forma, quum ad Deos abiret: eundemque præcipere, vt se ^{ad Deos} ditionibus abstinerent, virtutem colerent: futurum, vt ^{omnium gentium} omnium gentium domini existerent. Huius autoritati ^{credidit} creditum est: ædes in colle Quirinali Romulo constituta: ipse pro Deo cultus, & Quirinus est appellatus.

Quirinus.
 R O M V L V S asylum.) Ouidius in tertio Fastorum satis indicat asylum fuisse sub saxo rupis Tarpeia. Asylum verò intemeratum templum est consecrationis lege concessum. Primum asylum constituit Cadmus, dum conderet Thebas: post Romulus construxit inter capitolium & palatium luco sacro, quod Quercetum dicitur: Tiberius Cæsar nei impunita essent crimina, asylorum immunitates abrogauit. Patefecit.) Aperuit, uam patefacere quæ patentē facere, hoc est apertum (vt Grammatici putant) denotat. Ludos Consualia simulauit.) Ludi in plurali dicuntur spectacula publica: in singulari verò ludus de priuatis dicitur: de qua dictione plura non omnino contemnenda Valla lib. 4. cap. 16. Cæterū anno quarto ab Vrbe condita mense Augusti qui Sextilis dicebatur, ludos Consualia in honorem Consi consilij Dei simulauit Romulus, pace cum finitimis inita. Virgines raptæ sunt.) Sexcentæ & octoginta tres Sabinæ sunt raptæ vt scribit Dionysius Halicarnassens lib. secūdo. Thalassio eam duci responsum.) Thalassius aut Thalassio vir fuit admodum fortunatus, coniugio Thalassius inuocabatur, sicut apud Græcos Hymenæus, lege Alex. ab Alex. libro secūdo cap. 5. Vi rapuissent.) Rapere teste Donato, est per vim vel cum festinantia, aut cum furore capere. vnde rapina, quæ palàm fit: furtum verò clam & occultè. Primi Ceninenses.) Cenina vel Cenis ciuitas, à qua Ceninenses. Ad duce Acronem) Romulum de Acrone curru quatuor equorum triumphasse Dionysius asseuerat. Spolia opima.) Quæ sint spolia opima, & quamobrem ferrentur, scribit Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14. Iouis verò Feretrii templum fuit in vertice Capitolini montis, exiguum sanè & angustum, sed religione sanctum, & propter vetustatē longè primum: diciturque Feretrius à ferēdo, quia ad eum ferebantur hostium spolia. In capitolio,) Capitolium non à Romulo sed à T. Tatius Sabinorum rege additum esse Romæ. asserunt aliqui sic dictum à capite humano ibi reperto dum fierent fundamēta. Prius mons Tarpeius appellabatur, vel Saturnius: quem Deorum domicilium appellat Cicero in oratione ad Quirites, pridie quam iret in exilium. Virgilius aureum dicit. Sabini ob raptas.) Sabini populus in quarta Italiae parte à religione sic dictus, quasi sebini: Silius tamen à Sabo gentis authore potius dici putat. Tarpeiam virginem.) Hæc virgo Vestalis Sp. Tarpeii custodis Capitolii filia fuit. Causa sacrorum.) Quo ritu, quibusque ceremoniis sacra fiebant apud præcos, tradit Alex. ab Alex. libro 4. cap. decimosextimo. Gratia hauriendæ) Vas lato ore, & angusto fundo, in quo hauriretur, ne stare posset, in sacris a dhibebant, cui cadum alii sciphum dixere nomen, illudque manibus tenere oportebat: erat enim piaculum, & omen triste aquâ super terram posuisse. Videlicet annulos & armillas) Aureo anulo militibus vniuersis impune vti non licebat, ferreo tamen militibus passim vti permittebatur: Armilla sunt ornamenta in circulorum modum, quæ viri militares ab Imperatoribus donata in finistris ferebant brachiis, Priscianus brachialia vocat: Item Liuius lib. primo: additur fabulæ quod vulgo Sabini armillas aureas magni ponderis, brachio læuo, gemmatosque annulos habuerunt. In arcem perduxit.) Noctu per templum Clusinae Venenis. Scutis eam obrui præcepit.) Scutorum duo fuerunt genera, aut alba, quibus vte-

bantur hi, qui nihil præclarè adhuc gesserunt: aut picta, quibus illustres viri claris rebus gestis, qui præclara facinora scutis depicta habebant. Cæterum obrui dicitur is qui vi, qui subito, qui multitudine opprimitur: de qua dictione plura lege apud Vallam lib. 5. cap. 55. Nam & ea) Dolum exponit. Vbi nunc forum Romanum est) Quod etiam Latinum forum est vocitatum, inter capitolium & palatium. Pugnam conferuit.) T. Tatius myrto Veneris victricis coronatus incesit, quæ postea fuit ouantium corona. Cecidit) Hostius Hostilius interfectus est à Metio Curtio Sabino ad portam veterem palatii: is autem Hostilius auus erat Tullij Hostilij regis, qui à Romulo frondea corona donatus fuerat. Ioui Statori.) Templum Iouis Statoris in palatii radice fuit constructum. Stator à sisto, non à stando dicitur, qui tunc Iupiter Romanorum fugam cohibuit. Aedem vouit.) Aedes pro templo fere semper cum adiectione ponitur: itaque si ædem absolute dixerimus, domum tantum designamus. Lege Gellium lib. 14. cap. 3. & Vallam lib. 3. cap. 7. Deprecatæ.) Quid deprecor significet, scribunt Valla lib. 6. cap. 24. & Gel. lib. 6. cap. 16. idem lib. 7. cap. tertio.

Pacem conciliarunt.) Conciliare & inire, quasi comparare & contrahere significant. Fœdus percussit.) In via sacra, Carinis & viæ Suburræ proxima, quanuis in comitio inter Romulum & Sabinos percussum fœdus, aque ideo à conuentu Comitii veteres appellasse contendunt: fœderis verò feriendi morem leges postea. Populum à Curibus.) Cures pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius. Conuenerunt autem Romulus & T. Tatius in hanc sententiam, vt duobus populis vnus efficeretur, & Sabini Romam migrarent. Romaque nomen retineret sed Rom. & Sabini Quirites appellarentur. de hac re Ouid. lib. Fast. 2. Quirites vocauit) Quirites apud Romanos nō milites, sed ciues appellabantur. Ceterum senatores) Authore T. Liui. lib. 1. centum senatores, qui à Romulo constituti sunt. Patres ab honore eorumque progenies Patritij appellati sunt. Tres equitum centurias.) Seruius lib. commentariorum nono dicit Romanos equites primo fuisse trecentos: Nam Romulus in triginta curias populum diuisit, & ex singulis curiis deni equites dabantur. A Lucumone.) Is Lucumo Romulo fuit aduersus Tatum Sabinorum ducem. Plebe in triginta curias.) Curiarum nomina tradit Blondus de Roma triumphante lib. 3. & Alexan. ab Alex. lib. 1. capit. 16. Cum vero essent Romæ triginta quinque tribus (quæ & curiæ sunt dictæ) terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumviri sunt dicti: & licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumviri sunt appellati. Apud Caprea paludem.) De hac re scribit T. Liuius lib. 1. ab vrbe condita. Plutarchus super morte Romuli. Valerius Maximus de ingratitude, & Dionysius Halicarnasseus lib. 2. Exercitum lustraret.) Id est, quod vulgo dicunt, monstrem de exercitu faceret. Lustrari vero exercitum, nisi sue, oue, & tauris, qui puri essent, non erat fas: qui postquam ter circum instructas acies ducti erant præcedente pompa & gressu composito Marti immolabantur. Proculus.) Cognomen eius, qui patre sit natus à patria peregrinante procul. erat autem hic Proculus vir inter patres genere, virtute, & auctoritate primus, fidus Romulo imprimis, & ex Albanis colonis necessitudine & familiaritate coniunctus. In concionem processit.) Concionem conuocatam intellige, & indictam, quæ repente noua quadam de causa fiebat. Et iureiurando firmavit.) Iusiurandū (vt ait Cicero de Offic. 3) est affirmatio religiosa: quod autem affirmatiue, quasi deo teste promiseris id tenendum est. In colle Quirinali.) Collis Quirinalis à Quirini fano, qui ibi colebatur, siue quod à curibus profecta loca tenuerunt, nuncupatur, qui Agonius: & porta quæ illuc ferebat, Agonensis, quæ etiam Collina dicta est. Augustiore forma.) Augustum quod augurio consecratum est dicitur vt Virgil. in lib. Aeneid. 7. augusta mœnia, & augustum tectum dicit. Vt seditionibus abstinere.) Seditionem vocamus propriè, cū populo discordante itur ad manus. Itaque Cicero libro de Repub. 6. scribit seditionem dictam esse à dissensione omnium, quod

seorsum eunt alij in aliud. Huius authoritati.) **A**uthoritas ex antea de vite integritate nascitur, Quintiliano teste. Cæterum humanitatem exuisse creditur Romulus quatuor & quinquaginta annos natus, 38 sui regni anno, Nonis Iulij, quas Caprotinas appellant: tuncque Interreges primùm sunt creati. Aedes in colle Quirinali.) Varro post rostra sepulchrum Romuli fuisse dicit, quod inter antiquissima urbis monumenta annumeratur, ante cuius ædem sacram (quæ omni tempore clauderetur) duæ myrthi fuerunt. Plinio teste, altera patricia, altera plebeia: fuitque Romuli statua posita in capitolio & rostris togata, ac sine tunica, ut scribit Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 18. Ipse pro Deo cultus.) Patrum hortatu. Et Quirinus est appellatus.) Quare Quirinus sit appellatus, diuersas adducit rationes Plutarchus in vita Romuli: vel quod hasta afsidue vteretur, quæ Sabinorû lingua Quiris dicitur, siue quod cures vicerit. Alij sic dici existimant, ob generis nobilitatem, à patre suo Quirino, hoc est Marte. Romani enim Martem dum sciret, Graduum: dum tranquillus esset, Quirinum nominabant.

De Numa Pompilio Rom. reg. Cap. 3.

POST consecrationem Romuli, quum diu interregno seditiones orirètur, Numa Pompilius Pomponii filius, Curibus oppido Sabinorum accitus, quum adducens centibus ciuibus Romam venisset, ut populum ferè religioe molliret, sacra plurima instituit, ædè Vestæ fecit, virgines Vestales legit: Flamines tres, Dialè, Martialè, Quirinalè, Salios Martis sacerdotes, quorû primus Præsul vocatur, XII. instituit, Pontificè Max. creauit. Portas Iano genino ædificauit. Annû in XII menses distribuit, additis Ianuario & Februario. Leges quoque plurimas, & utiles: omnia iussu Aegeriæ nymphæ vxoris suæ se facere simulans. Ob hanc tantam iustitiâ bellû ei nemo intulit, Morbo solutus in Ianiculo sepultus est, ybi post multos annos arcula cum libris à Teretio quodam exarata: qui libri, quia leues quasdam sacrorum causas cõtinebant, ex autoritate patrum cremati sunt.

QV V M diu interregno.) Interregnum regni interuallum & spacium tēporis, quousque in loco mortui alius ordinatur: hinc interrex, qui post prioris decessum interea regis locum tenet, donec nouus præficiatur, cuius potestatem ac munus scribunt Alex. ab Alexan. lib. 5. cap. 6. & Fenestella cap. 4. de magistratibus Romanorum. Religione molliret.) Nonius Marcellus id religiosum esse dicit, quod homini ita facere non liceat, ut si id facit, contra deorû voluntatē videatur facere. Sacra plurima instituit.) Summam Numæ religionem ut eleganter, ita prolixè scribit Plutarchus in Numa. Sacra autem erant publica & priuata, de quibus Cicero de Legib. 2.

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'Ad id', 'Flamini', 'Salis', and 'Iano genino'.

DE VIRIS ILLVST.

Sacra, inquit, priuata perpetua manento. Aedem Vestæ fecit.) De Vestâ, eiusque igni perpetuo multa legere licet apud Plutarchum in vita Numæ, & Ouidium libro Fastorum 6. Huius autem ignis asseruandi tanta Vestalium diligentia fuit, vt T. Liuius lib. 28. inter prodigia ignem in aede Vestæ extinctum scribat. Nec extinctum eum ex igni alio accendi, sed ex sole tantum licebat. Existimabant autem Romani extinctum hunc ignem interitus imperij prodigium esse. Dionysius Halicarnassens lib. 2. de Vestalibus scribit. Alex. ab Alexan. lib. 5. cap. 12. & Gellius lib. 1. cap. 12. Virgines Vestales legit.) A Numa hæc quatuor virgines Vestales lectæ sunt, Gegania, Beremia, Camilla, & Tarpeia. Vestalis virgo primis annis decem discibat, proximis decem annis ministra erat, decem vltimis docebat, post hos triginta annos ei nubere licebat. Flamines tres. Dialectem & Martialem flaminem Romulus instituit, Numa Quirinalem, vt asserit Varro. Dicuntur autem Flamines, quasi Filamines, erat enim nephas flamines sine pileo domum ingredi. Numæ institutum de sacrificiis scribit Alex. ab Alex. li. 2. cap. 22. Salios Martis sacerdotes) Salios Marti Gradiuo legit Numa, sicque dicti sunt quod in portandis ancilibus saltarent. Liuius teste, versicoloribus ornatî tunicis, æneûque pectori tegmen imponebant, arma cœlestia ferentes, ac gladio accingebantur, dextra lanceam aut virgam ferebant, leua Thraciam pellem. Quorum primus Præsul vocatur) Præsul à præsidio vocatur, quasi ante salio & proprie dicitur Præsul, qui salis præest (de qua dictione scribit Valla libr. 5. cap. 65. Pontificem maximum creauit (Ex patribus Pontifices legit, ex quibus Pontificem maximum fecit. Martium Martij filium generum suum: quale vero fuerit pontificis officium, copiose docet Alexan. ab Alexan. lib. 2. cap. 8. Portas Iano.) A Iano mensis Ianuarius est dictus: is ob prudentiam bifrons est appellatus, cuius templum apertum, bellum: clausum, pacem significabat. Annum in duodecim menses.) Romulus annum constituerat, vt esset 340. dierum, diuiseratque in menses decem: verum Numa Pompilius anno adiecit dies 14. vt annus esset dierum 354. Quum autem scirent Romani annum constare 365. diebus & sex horis, & quotannis dies vndecim restare, & sex horas, constituerunt, vt octauo quoque anno intercaleretur, id est, interponerentur dies nonaginta, qui essent ex vndecim diebus & senis horis octies repetitis. Aegeria Nymphæ.) Aegeriam post Numæ mortem in fontem versam fabulantur poetæ. Morbo solutus. Numa octogenarius obiit, postquam regnasset annos tres & quadraginta. In Ianiculo.) Numæ cadauer non est crematum, sed duabus arcibus lapideis factis sub Ianiculo conditum est, quarum altera corpus, altera libros sacros habebat, quos ipse scripserat. A Terentio.) C. Terentius scribit in Ianiculo offendit arcam, in qua Numa situs erat, ibique libros reperit, P. Cornelio L. filio Cethego, M. Beblio Q. filio Pamphilo Coss. ad quos à regno Numæ colliguntur anni 535. Ex autoritate patrum.) Hos fuisse combustos legimus à Q. Petilio Præto. Aristoteles lib. Politic. 1. cap. 10. refert figuram nummis à Numa primò impositam fuisse.

Argumentum.
In altariis combustis primo factum
...
Nabano roma.

De Tullo Hostilio Rom. rege. 3. Cap. 4.

TULLVS Hostilius, quia bonam operam aduersus Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit. Albam propter perfidiam ducis Metij Suffecij diruit. Albanos Romam transire iussit. Curiam Hostiliam constituit. Montem Cælum vrbi addidit. Et dum Numam Pom-

Quoq; notandi sunt...
...
B iij

Monte pro quatuordecim...
...
quia in eo habitant colunt

apud Alexandr. ab Alexandr. libr. 1. cap. 14. Trigeminorum certamine.) Horatio-
 rum scilicet & Curiatorum. Curiam Hostiliam.) In rostris olim curia Hostilia
 fuit, vt tradidit Varro: itaque curiam quoties sine adiectione legimus, curiam hanc
 Hostiliam intelligimus. Ad hanc præterea curiam ad dextram supra Comitium Græ-
 costasis erat statio legatorum exterarum gentium & nationum. Montem Coelium
 vbi addidit.) Coelius mons à Cælo Vieno Thusco duce nobili dictus est. Ioui
 Elicio.) Elicius Iupiter in Auentino colebatur. Litare non potuit.) Litare est
 à Diis impet rare, aut peracto sacrificio placare Deos. Fulmine ictus.) Idem senit Plu-
 tarchus in vita Numæ Pompilij, & Valerius Maxim. libro 3. cap. 4. Cum regia fla-
 grauit.) Regia diuerforum seu regum domicilium est. Cùm inter Romanos &
 Albanos bellum fuisset exortum.) Hanc historiam latius scribit T. Lilius libro 1. ab
 vrbe condita. Cæterum Ouidius libro Fast. 6. scribit columnam breuem marmoream
 Romæ fuisse, circa quam Romani ad bellum profecturi proiciebant tela circa partem
 illam, qua ituri erant. Sororem.) Horatiam nomine. Obuiam habuit.) extra por-
 tam Capenam. Vifo paludamento.) Paludamentum chlamys erat eorum, qui exer-
 citus in prælium educebant, quod hodie cottam armorum vulgus appellat. Lege su-
 dam in Pand. & Lazarum Bayssium de re vestiaria. Apud duumuiros.) Ingratum
 esse, & indignum rex putauit eum damnare, qui patriæ victoriam peperisset: quare Du-
 umuiros à Tullo Hostilio rege in caussa M. Horatij trigemini primùm constitutos,
 permissamque potestatem, ab his ad Po. Ro. prouocandi, scribit T. Lilius libro 1. hæc-
 que prima apud populum prouocatio fuit. Rem hanc scribunt amplius idem Lilius lib.
 1. & Dionysius Halicarnassensis libro 3. Expiandi gratia.) Expiare, purgare significat
 Sub tegillum missus.) Tigillus vel tigillum à nominibus tignus vel tignum diminuti-
 uia sunt (est autem dictionis huius significatio notior, quàm vt hic annotari debeat.

Quum se inuidiosum.) Inuidiosus, id est, inuidiæ plenus, nam passiuè dicitur. vt
 est apud Vall. lib. 1. cap. 21. Vt rem corrigeret.) Corrigitur propriè est rectum facere, vt
 est apud Macrobius lib. Sat. 2. Veientes & Fidenates.) Fidenæ Veientium Etrusco-
 rum colonia trans Tyberim fuit inter Crustumium & agrum Romanorum. Fidenates
 itaque præda onustos in agro Romano facta Romulus tanto impetu est insecutus, vt
 fugientes insequitque Fidenas simul sint ingressi Veij, vt Fidenates vlciscerentur, a-
 grum Romanum sunt populati: postmodùm rege hoc Tullo regnante, Fidenates Roma-
 nis per Romuli pacem subditi rebellarunt: Veientesque opem tulerunt, Metio Suffetio
 rege Albano in id bellum aduocato: qui cum neutris fidem seruasset, regis præcepto in
 quatuor partes eius corpus est dilaceratum, Tullusque victor Fidenas recepit. In au-
 telium accersitus.) Arcessere & accersere pro eodem dici Valla scribit libro primo ca-
 pit. 23. accersere autè dicitur, qui à Latinis prisca arcio pro accio dicebatur, vt est apud
 Priscianum libro primo. Quadrigis religatus.) M. Varro lib. de re rustica 2. de equis
 scribens, quòd alij ad aliud magis idonei sint, dicit hominem peritum belli alios elige-
 re, alere. & docere, alios quadrigarium, alios desultorem. Regnavit T. Hostilius annos
 triginta duos.

Annos bello.
 nomen martius supposita ab anno
 suo pariterque qua supra fuit
 a fide, ratione. unde fidei
 adhibetur dicitur fidei
 potestatem potestatem bello fidei
 præterea fidei potestatem
 romanorum agros fidei potestatem
 unde bello agros fidei potestatem
 vltimo anno fidei potestatem fuit.

De Ango Martio Romanorum rege 4. Cap. 5.
 Ancus Martius Numæ Põpilij ex filia nepos, æqui-
 tate & religione quo similis, Latinos bello domuit. Auē-
 tinum & Ianiculum montes vrbi addidit. Noua moe-
 nia oppido circumdedit. Sylvas ad vsu nauium publi-
 cauit. Salinarum vectigal instituit. Carcerē primus ædi-

ficavit. Ostiam Coloniam **maritimis** **commeatibus** **oportunam** in ostia Tyberis deduxit. **Ius fœciale**, quo legati ad res repetendas vterentur, ab **Aequicolis** transtulit, quod primus fertur **Hesius** excogitasse. His rebus intra paucos dies confectis, **immatura** morte præreptus non potuit præstare, qualem promiserat, regem.

ANCVS Martius.) Ab incuruo cubito Ancus est dictus. Aequitate & religione.) Aequitas & ius distingui solent, vt sit aequitas ratio legis, quæ ex mente & voluntate legislatoris profecta est: Ius verò est sententia ipsa, quæ ex verborum legis significatione ducitur. itaque vsu saepe venit, vt inter se pugnent ius & aequitas. Auo similis.) Anci Martij auus Numa Pompilius fuit. Latinos bello domuit. Latium (à quo Latini) protenditur à Tyberi ad Lirim vsque fluuium. Est autem Latium duplex, teste Seruio, alterum à Tyberi ad Fundos vsque, aliud inde vsque ad Vulturum fluuium: diciturque Latium à latendo, aut à latitudine, vel à Latino rege, vt Varroni placet. Auentinum & Ianiculum montes vrbi addidit.) Auentinus mons dicitur, aut ab auibus, aut ab Auentino rege, vel ab Auente Sabinorum rege. T. Liuius libr. 1. ab vrbe condita, in Anci Martij rebus gestis sic habet, Ianiculum quoque adiectum non inopia loci, sed ne quando ea arua hostium essent, id non muro solum, sed etiam ob itineris commoditatem ponte sublicio, tum primum in Tyberi facto iungi vrbi placuit. Noua mœnia.) Parietes priuati sunt, muri verò & mœnia publica: vt ianua priuatorum ædificiorum est, porta vrbiū: lege Val. libr. 4. cap. 8. Oppido circumdedit.) Idem Valla libr. 4. cap. 20. negat Romam oppidum dici. Syluas ad vsum nauium publicauit.) Syluas intellige Veientibus ademptas. Publicare vero, est rem aliquam publicam seu in reipub. potestate facere. Salinarum vectigal instituit.) Plinius libr. 31. cap. 7. Ancum hunc Martium regem memorat salis modia sex millia in congiario populo dedisse, Salinasque primum instituisse. Salinæ autem locus, in quo sal populo vendendum conseruabatur in ripa Tyberis. Vectigal est, quod ex vectura penditur aut petitur, & à vehendo dicitur. De salinarum vectigali scribit T. Liuius lib. 39. Vlpianus quoque Digestorum 50. titulo de verborum & rerum significationib. Carcerem) Carcer à coerceo dicitur, quasi coarcer. Carceres verò in numero plurali in stadio eo vbi ludi fiunt equestres, locus est, vnde equi incipiunt currere. Ostiam Coloniam maritimis.) Colonia magna ex parte in littoribus ædificari solebant, vt prædonum & hostium incursionibus improuisis facilius resisteretur qua ratione regio munitior esset. Municipia quid à coloniis distent, scribit A. Gellius lib. 13. cap. 16. Caterum commeatus nomine intelliguntur præcipue cibaria, quæ ad alimoniam exercitus pertinent. victualia vulgus appellat. In ostia Tyberis deduxit.) In deducendis coloniis, vel condendis vrbiū hęc fuit solennitas, vt erecto vexillo fulcus aratro profcinderetur in modum futuræ vrbi, quem Primigenium appellabant. Ius Fœciale.) Fœciales instituit Numa, quum esset Fidenatibus bellum indicendum, apud quos belli pacisque ferendæ ius erat, fuitque nephas violare Fœcialium sacra. Nam Fabius quum ea violasset, vrbs Romana à Gallis Senonibus fuit euersa. Quo modo per Fœciales inirentur fœdera, aut bella indicerentur, docet Alexandr. ab Alexan. lib. 5. cap. 3. & A. Gellius lib. 16. cap. 4. Ab Aequicolis transtulit.) Aequicoli populus in Vmbria, quarta Italiæ regione, quæ hodie ducatus Spoletanus appellatur, & Marfis finitimus inter Samnites & Pelignos. Immatura morte præreptus) Immatura, id est, nimium cito adueniens, vt immatura poma dicimus, quæ nondum

Handwritten marginal notes in Latin script, including the phrase 'Ius fœciale' and other commentary on the main text.

C. PLINII.

leus vel pileum dicitur, quòd ex pilis fieri solet, vel quòd capitis pilos tegat. *Lege Lazarum Baysium de re vestiana.* Auguriorum perita) Augurandi ars antiquissima à Chaldaeis ad Græcos, à Græcis ad Etruscos, ab Etruscis ad Latinos peruenit, tantaque olim augurum potestas fuit, ut qui augures iniusta, nephasta, vitiosa, dira defixissent, irrita infectaque permanebant: quibus si qui non paruissent, magno veniebant multandi supplicio. Pecunia & industria) Hinc colligere licet vetustissimum hoc esse, Pecunia obediunt omnia. Ceterum pecunia significatio ad ea refertur quæ in patrimonio nostro sunt, ut ait Paulus Iurisconsultus libro Digestorum 50. titulo de verborum ac rerum significatione. Authore Vlpiano eodem in loco, Pecunia verbum non solum numeratam complectitur pecuniam, verumetiam omnem omnino pecuniam. Hermogene eodem in loco authore, pecunia nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res tam solidæ quàm mobiles continentur. Donatus verò industriam iuterpretatur scientiam & prouidentiam. Est autem industria quasi ingenium siue vis qua ad aliquid struendum sumus idonei. Dignitatem.) Dignitatem existimationem quæsitam claris rebus gestis, magnificamque opinionem vocat Latini. Tutor liberis relictus.) De tutore legitimo est apud Iustinianum in Imperialibus institutionibus, sancta esse debet legitimi tutoris fides in conseruandis & augendis pupillorum bonis. Qui verò propriè liberi dicantur, annotat Budæus in secundis annotationibus in Pandect. Gellius lib. 2. cap. 13. & Valla lib. 3. ca. 8. Regnum intercepit) Particula hæc, inter, vim habet complendi: itaque intercipere teste Donato, est quasi totum capere. Quasi iure adeptus) Adipisci honores Cicero dicit sapius quàm assequi aut consequi, quibus etiam verbis utitur, sed rarius. Centum patres.) Patres triplicis fuisse ordinis annotat L. Fenestella de Magistratibus Romanorum: alij enim patritij, alij pedarij, nonnulli verò conscripti appellabantur. Qui Minoru gentiu) Qui dicantur patres minorum gentium, scribit Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 11. Equitum centurias.) Prius equitum centurias tres instituerat Romulus. Tarquinius verò Priscus equitum numerum sic auxit, ut essent mille & trecenti, ut ait T. Liuius lib. 1. Nomina mutare non) Hæ centuriæ dicebantur Ramnenses, Titienses, & Lucentes, ut dictum est in Romulo. Fidem artis suæ) Auguri scilicet. Nouacula & cote) Ut se peritissimum ostentaret. Latinos bello domuit.) Primum bellum cum Latinis gessit & oppidum ibi Appiolas vi cepit: præda inde maiore quàm quanta bella fama fuerat, ludos opulentiùs instructiusque, quàm priores reges fecit: tum primum circo, qui maximus dictus est, designatus est locus. Domare est quasi sub domo vel mea vel alicuius facere, seu mansuefacere, ac domesticum reddere. Circum maximu) Tres Circo Romæ fuisse legimus, Maximum, Flaminiu, ac Neronis, nec plures fuisse constat. Ludos Magnos instituit.) Hos magnos ludos multò post institutos fuisse scribit Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 19. Ludi vero qui sub regibus instituti sunt, magni appellabantur, tum quia magnis impensis dati sunt: impensa enim sunt in eos ludos ducenta millia nummum: tum etiam magni dicti sunt, quod diis magnis, id est, Laribus Romæ vrbs dabatur, vide Titu Liuium. Triumphauit.) Aurea tunica ornatus. Quis ordo triumphi, & quæ in triumpho fieri consueuerant, tradit Liuius 10 libro ab Vrbe condita, & Blondus de Roma triumphante 10 lib. Plutarchus in vita Romuli, & Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 6. Murum lapideum.) Parietes priuati sunt, muri verò & mœnia, publica, ut est iam dictum. Prætexta & bulla donauit.) Prætextam aut bullam induebant senatorum liberi ad annum vsque decimumseptimum, quo tempore prætextam dimittebant in Capitolini Iouis templo presentibus proximis, tuncque toga virilis sumebatur. Prætexta ideo dicebatur, quia togæ puerili purpurea prætexta erat, id est, quod vulgo dicunt bordata. *Lege Annotationes Budæi in Pandectas, & Lazarum Baysium.* Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solebat aurea, Libertinis vero scorteæ, ut ait Asconius, Erat autem bulla rotunda in cordis figuram formata. Vnde hæc ingenuorum puerorum) Plutarchus

DE VIRIS ILLVST.

in Romulo his verbis dissentire videtur, ait enim Romulum quamplurimos honores, Romanis mulieribus detulisse, tum maximè, vt earum pueri bulla aurea ornarentur purpura prætexta. Immissis percussoribus) A duobus pastoribus interemptus est, re gnauitque annis 38.

Argumentum.

De Seruio Tullio rege 6. Cap. 7. Seruius Tullius P. Corniculani & Ocrisiæ captiuæ

filius, quum in domo Tarquini Prisci educaretur, flam mæ species caput eius amplexa est. Hoc viso Tanaquil summam ei dignitatē portēdi intellexit. Coniugi sua sit, vt ita eum vt liberos suos educaret. Qui cūm adole uisset, gener à Tarquinio assumptus est. Et quum rex occisus esset, Tanaquil ex altiore loco ad populum de spiciens, ait, Priscum Tarquiniū graui quidem, sed non lethali vulnere accepto, petere, vt interim dum conua lescit, Seruio Tullio audientes essent. Seruius Tullius quasi precario regnare cœpit, sed rectè imperium admi nistravit, Hetruscos sæpe domuit: collem Quirinalem & Viminalē & Exquias vrbi addidit. Aggerem fossasque fecit. Populum in quatuor tribus distribuit, ac post plebi distribuit annonam: menuras, pondera, classes, centuriasq; constituit, Latinorū populis persua sit, vt ex eplo eorū qui Dianæ Ephesiæ ædē fecissent, & ipsi ædē Dianæ in Auentino ædificarent. Quo effe cto, bos cuidā in Latino miræ magnitudinis nata est. Responsum somnio datum, eum populum summam imperij habiturū, qui prius bouem illam immolasset. Latinus bouem in Auentinum egit, & causam Roma no sacerdoti exposuit. Ille callidus, dixit prius, eum vi uo flumine manus abluere debere, Latinus dū ad Ty berim descendit sacerdos bouem immolauit. Ita impe riu ciuibus, sibi gloriam factō, consilioque vindicauit. Seruius Tullius filiam alterā feroce, mitem alterā ha-

... quum in domo Tarquini Prisci educaretur, flam mæ species caput eius amplexa est. Hoc viso Tanaquil summam ei dignitatē portēdi intellexit. Coniugi sua sit, vt ita eum vt liberos suos educaret. Qui cūm adole uisset, gener à Tarquinio assumptus est. Et quum rex occisus esset, Tanaquil ex altiore loco ad populum de spiciens, ait, Priscum Tarquiniū graui quidem, sed non lethali vulnere accepto, petere, vt interim dum conua lescit, Seruio Tullio audientes essent. Seruius Tullius quasi precario regnare cœpit, sed rectè imperium admi nistravit, Hetruscos sæpe domuit: collem Quirinalem & Viminalē & Exquias vrbi addidit. Aggerem fossasque fecit. Populum in quatuor tribus distribuit, ac post plebi distribuit annonam: menuras, pondera, classes, centuriasq; constituit, Latinorū populis persua sit, vt ex eplo eorū qui Dianæ Ephesiæ ædē fecissent, & ipsi ædē Dianæ in Auentino ædificarent. Quo effe cto, bos cuidā in Latino miræ magnitudinis nata est. Responsum somnio datum, eum populum summam imperij habiturū, qui prius bouem illam immolasset. Latinus bouem in Auentinum egit, & causam Roma no sacerdoti exposuit. Ille callidus, dixit prius, eum vi uo flumine manus abluere debere, Latinus dū ad Ty berim descendit sacerdos bouem immolauit. Ita impe riu ciuibus, sibi gloriam factō, consilioque vindicauit. Seruius Tullius filiam alterā feroce, mitem alterā ha-

... quatuor tribus distribuit, ac post plebi distribuit annonam: menuras, pondera, classes, centuriasq; constituit, Latinorū populis persua sit, vt ex eplo eorū qui Dianæ Ephesiæ ædē fecissent, & ipsi ædē Dianæ in Auentino ædificarent. Quo effe cto, bos cuidā in Latino miræ magnitudinis nata est. Responsum somnio datum, eum populum summam imperij habiturū, qui prius bouem illam immolasset. Latinus bouem in Auentinum egit, & causam Roma no sacerdoti exposuit. Ille callidus, dixit prius, eum vi uo flumine manus abluere debere, Latinus dū ad Ty berim descendit sacerdos bouem immolauit. Ita impe riu ciuibus, sibi gloriam factō, consilioque vindicauit. Seruius Tullius filiam alterā feroce, mitem alterā ha-

... quatuor tribus distribuit, ac post plebi distribuit annonam: menuras, pondera, classes, centuriasq; constituit, Latinorū populis persua sit, vt ex eplo eorū qui Dianæ Ephesiæ ædē fecissent, & ipsi ædē Dianæ in Auentino ædificarent. Quo effe cto, bos cuidā in Latino miræ magnitudinis nata est. Responsum somnio datum, eum populum summam imperij habiturū, qui prius bouem illam immolasset. Latinus bouem in Auentinum egit, & causam Roma no sacerdoti exposuit. Ille callidus, dixit prius, eum vi uo flumine manus abluere debere, Latinus dū ad Ty berim descendit sacerdos bouem immolauit. Ita impe riu ciuibus, sibi gloriam factō, consilioque vindicauit. Seruius Tullius filiam alterā feroce, mitem alterā ha-

Propter hoc est huiusmodi...
quod dicitur...

C. PLINII

bens, quum Tarquini Superbi filios pari animo videret, ut omnium metes morum diuersitate leniret, ferocem miti, mitem feroci in matrimonium dedit. Sed mites seu forte, seu fraude perierunt. Feroces morum similitudo coniunxit. Statim Tarquinius Superbus à Tullia incitatus, aduocato senatu regnum paternum repetere coepit. Qua re audita Seruius, dum ad Curiam properat, iussu Tarquini gradibus deiectus, & domum refugiens interfectus est. Tullia statim in forum properauit, & prima coniugem regem salutauit, à qua iussa turba recedere, cum domum rediret, viso patris corpore, mulionem euitantem, super ipsum corpus carpentum agere præcepit. Vnde vicus ille, Sceleratus dictus. Postea Tullia cum coniuge in exilium acta.

In foro...
Diuocato senatu.

Senatus intelligitur qui...
Tullia statim.

Exemplum...
Tullia statim in forum properauit...

ET OCRISIAE captivæ filius.) Ocrisia P. Corniculani vxor apud Tarquini Priscum filium peperit Seruium hunc Tullium, cui dormienti caput ardere visum est. Amplexa est.) Priscianus lib. 8. multa verba deponentia annumerat, quæ apud veteres in o exhibant: itaque Mar. T. Cicero amplexare pro amplexari dixit, pro Cluentio. Summam ei dignitatem.) Nempe Romanum imperium. Qui cum adoleuisset.) Adolescentes sunt hi qui annum 17. exceßerunt, necdum 47. attigerunt. Seruio Tullio audientes.) Tum timor incesit patres, quibus locus in vrbe semotus quem incolerent, datus est, & filium Patrîtium vocatum ferunt. Audire si Datio iungatur, obedire significat: si Accusatio, auscultare. Quasi præcario.) Præcario nomen, ipsa terminatione Datio pro Aduerbio sumitur. Collem Quirinalem.) Quirinalis collis à Quirini fano, qui ibi colebatur, sic dictus. Et Viminalem) Viminalis collis vel ab ara Iouis Viminei, vel quòd ibi nimirum sylua esset. fertur denominatus. Et exquilias.) Esse montes duos ex Marco Varrone constat: celebrior tamen pars vna fuit, vnde Exquilus mōs sic dictus, quòd omnium sit maximus, aut quòd ibi regis Tullii excubiae fierent. De his mōtibus plura apud Alex. ab Alex. lib. sexto cap. vndecimo. Vibi addidit.) Post censum perfectum. Aggerem fossasque.) Aggerem, munimenta & muros dici vult Seruius. Scribit enim Vlpianus fossam receptaculum esse aquæ, manu factum, vel ad castra vel vrbes, oppidaue, aut alia huiusmodi munienda. Populum in quatuor.) Tullus Hostilius in honoribus & magistratibus dandis fecisse dicitur turmas, sicut erant Athenis curiæ quæ vice trium rogarentur. Plebi distribuit annonam.) Annona quid sit, scribunt Valla lib. 4. cap. 35. & Columella libro nono. Mensuras.) Mensurarum nomina scribit Budeus in Annotationibus in Pandectas, & de Assè. Pondera) Romanorum pondera scribit Alex. ab Alex. lib. secundo cap. 20. Classes.) In classes quinque populus Romanus diuisus fuit, author est Dionysius Halicarnassæus lib. septimo. Centuriasque constituit.) Liuius comemorat vixillis, classibus quinque & octoginta centurias esse factas, quadraginta senum ad vr-

& Gurges, præcellente ingenio viri. Aulo Sulpitio patricio.) Patricia plebeio nupta transibat ad plebem, non contra, sicut hodie in Gallia ab his qui sese nobiles iactitant accuratissimè videmus obseruari. Cuius vir Trib. militum.) Tribunus militum parem cum consulibus habebat potestatem. Tribunorum verò militarium duo sunt genera: alij Rutilij dicebantur, qui in exercitu creabantur: Comitiatii alij, qui Romæ comitiis designabantur, quorum officium fuit vt miles veste indutus, armis bene munitus, exercitationis vsu, & disciplina eruditus incedat. Fasces lictorios.) Fasces, de quibus supra diximus, lictores magistratibus præferebant, qui ob id dicuntur à Græcis Rabduci, id est, virgas tenentes: lictores à ligando dicti, quòd quem consules prehendi, ligari ve iussissent, præsto essent adprehendum, & venientes consulibus obuiam de equo descendere iuberent. Lictores autem numero duodecim Consulibus præibant cum fascibus virgarum securibus alligatis, ad terrorem populi, fiebant autem Fasces consulares ex Gallica arbore, quæ species est populi, quam Latini betulam vocant. Adiuuante socero.) Fabio Ambusto. Vt alter consul ex plebe crearetur.) Assiduis tribunitiis seditionibus victi senatores, alterum ex plebe consulem creandum censuerunt: primum autem ex plebe consulem Lucium Sequacium fuisse tradit Fenestella, alij Lucium Sextum, alij hunc Licinium Stolonem.

Idem lege sancit) Sancire firmare significat. Plus centum iugera.) Iugerum est mensura, quam ducentis pedibus contineri scribunt Mathematici. Quintilianus lib. I. cap. 18. ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidij in latitudine iugerum describit: & est quod vno iugo boum in die arari possit, vt ait Valla lib. I. Iugeri pars minima dicitur scrupulum, decem pedes tam longitudo quam latitudine quadratum. Et ipse cum iugera, centum quinquaginta.) Locum hunc aliis verbis enarrat Orosius dicens, quia filium emancipando fraudem legi fecerat, qua vetabatur ultra quingenta agri iugera possidere, mille occupans primus sua lege datus est decem millibus æris. Emancipati filij nomine.) Emancipati duobus modis intelliguntur, aut ij qui ex iure patris exierunt, aut ij qui aliorum fiunt domini. Cresceret in immensum commentarius, noster. si omnia scriberemus quæ de hoc verbo diligentissimè tradiderunt, Boetius, Budæus, & alij auctores penè innumeri. Punitus est.) Vt assentio & assentior. sic punio & punior veteres dixere, quanuis hic passim fumatur.

De Virginio Centurione filia occisore. Cap. 21.

Populus Romanus, quum seditiosos magistratus ferre non posset, Decemuiros legibus scribendis creauit, qui ea ex libris Solonis translatis, duodecim tabulis exposuerunt. Sed quum pacto dominationis magistratum sibi prorogarent, vnus ex ipsis Appius Claudius Virginiam Virginij centurionis filiam in Algidio militantis adamauit: quam quum corrumpere non posset, clientem subornauit, qui eam in seruitutem deposceret, facile victurus quum ipse esset accusator & iudex. Pater re cognita, quum ipso iudicij die superuenisset, & filiam iam addictam videret, vltimo eius allo-

Chisura.
 Confutudo vas qui se
 pugnatio roma dicitur
 in orbe autogotano
 dicitur autem fide pto
 dicitur quasi coluntur
 dicitur

quo impetrato, quum eam in secretum abduxisset, occidit, & corpus eius humero gerens, ad exercitum profugit, & milites ad vindicandum facinus accendit: qui creatis decem tribunis, Auentinum occuparunt. Decemuiros abdicare se magistratu praeceperunt: eosque omnes aut morte, aut exilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est.

DECEM viros.) Ab vrbe condita ad annum ferè trecentimum, populum Romanum ancipiti bello distractum, sine legibus certis, suis tantum moribus vixisse satis constat. Itaque regum aut consulum arbitria pro legibus erant. Anno igitur à parta libertate 55. & ab vrbe condita vndetrecentesimo, ob crebras seditiones, hi decem viri sunt creati SP. Posthumius Albus, Aulus Manilius, P. Sulpitius Camerinus, Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, P. Curiatius & T. Romulus. Ex libris Solonis.) Ad inclytas Solonis leges Romam adferendas, hi legati tres missi sunt, P. Sulpitius Camerinus, SP. Posthumius Albus, & Aulus Manilius. Hanc profequitur historiam Dionysius versus finem libro decimo & vndecimo per totum. Duodecim tabulis.) Has tabulas alij eburneas, alij aeneas fuisse scribunt: Solonis verò leges in tabulis ligneis scriptas fuisse Plutarchus in eius vita dicit. Prorogarent.) Prorogare est continuare aut prolongare. Virginij Centurionis filiam.) Virginus Virgineam filiam desponderat Lucio Iulio Tribunitio viro. De Virginio plura leges apud Valerium Maximum, capite de pudicitia, Liuium libro tertio & Ciceronem libro secundo de finibus. Adamauit.) Adamare est amatorie amare, vnde amator. Corruptum non posset.) Hic corruptum significat subornare, inuitare, & illicere muneribus. Clientem subornauit.) Moris fuit apud antiquos, vt prouinciales & socij populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modo publicè, sed etiam priuatim. Iique vt clientes eorum dicerentur, inter se verò hospites. Cæterum Clientis ille M. Claudius appellabatur. Deposceret.) Id est, assereret & contenderet eam esse seruam. Nam deposcere est multum seu cum instantia, aut publicè sine ratione quadam exigere. Accusator & iudex.) In causis priuatis petitor dicitur potius quam accusator, vt in publicis accusator non petitor dici solet: cæterum iudices impij iuris ac iustitiæ prætextu exercent tyrannidem. Et filiam iam addictam videret.) Hic addicere intelligamus esse licitanti rem auferendam permittere, quod vulgo deliurare dicunt in manum ementis. Ad exercitum profugit.) In syluam quæ Algidus appellabatur, cuius mentionem fecimus antea. Ad vindicandum facinus. Itaque in vico longo iuxta Febris fanum ara fuit Pudicitiae Plebeiae, quam hæc Virginea Plebeio nupta templo sacrauit. Vindicatur autem facinus quando animaduertitur in facinorosos, & improbos, ac facinoris auctores. Facinus autem si nullum sibi adiunctum habeat, est nephandum alicuius hominis factum. Qui creatis decem Tribunis.) Lege Alexand. ab Alexand. libro quinto cap. secundo. Auentinum occuparunt.) Ad concitatam plebem in Auentinum missi sunt hi duo legati, M. Horatius, & Lucius Valerius. Abdicare se magistratu.) Dicimus abdicare se magistratu, & abire magistratu: & est quod vulgo dicunt quietare officium. Appius vt tumultum videt populi, suæ vitæ consulens effugit, capite obuolutoidque factum est anno ab vrbe condita 301. vt docet Eutropius lib. I. cap. 12. Eosque omnes aut morte aut exilio punierunt.) Itaque annis 45. Romæ consules defuerunt: sub decemuiris, duobus annis: sub Tribunis militum annis 43. Ac sine magistratibus annis

De decemuiris.
 Decemuiratus fuit annorum spatio
 sub administracione
 decemuirorum ab hinc anno
 postquam rosari fecerunt
 in quibusdam abuti sunt
 non enim est iustus iudicium
 etiam in quibusdam fuerunt quæ
 sunt aut quæque hinc
 sunt aut ab hinc
 distans coniect.

quatuor fuit Romana ciuitas. Appius Claudius.) Hunc Appium Claudium Regillianum cognominatum fuisse intelligas. In carcere necatus.) Aut seipsum trucidauit, vt alij scribunt. **Liuius** verò fufiffimè hoc enarrat lib. 3, ab vrbe condita.

Romani.

Handwritten marginal notes in Latin script, including the word 'Romani' and various annotations.

De AEsculapio Romam aduecto. Cap. 22.
Romani ob pestilentiam responfo monente, ad AEsculapium Epidauro accersendum decem legatos principe **Quin. Volumnio** miserunt, Qui qui eò veniffent, & simulacrum ingens mirarentur, anguis e sedibus eius elapsus venerabilis, non horribilis, per mediam urbem cum admiratione omnium ad nauem Romano- rum perrexit, & se in Volumnij tabernaculo conspirauit. Legati deum vehetes Antium profecti sunt: vbi per mollitiem maris, anguis proximum AEsculapij fanum petiit, & post paucos dies ad nauim rediit: & quum aduerfo Tyberi subueheretur, in proximam fyluam defiliuit, vbi templum ei constitutum, & pestilentia miraceleritate sedata est.

OB PESTILENTIAM,) quæ triennium vigerat Romæ, anno ab vrbe condita 422. Graui autem illa pestilentia consumpti sunt Ebutius & Seruilus consules, mortui sunt & alij clari viri M. Valerius, T. Virginius Rutilius, augures. Responfo monente.) Oraculi responsum intellige. Ad AEsculapium.) Diodorus, Ouidius, alijque complures asserunt hunc AEsculapium Coronidis fuisse filium, Chironi erudientum traditum. Epidauro.) Epidaurus ciuitas est in Peloponefo, vt Ptolemeus inquit, hodie Ragufium appellatur. Verùm apud Athenienses consuetudo fuit vt ægroti noctu in Aesculapij templo dormirent, & ita in somnis à numine curabantur. Templi huius in insula Romæ quædam adhuc visuntur vestigia. Decem legatos.) Fusius hanc narrat historiam Liuius libro tertio ab vrbe condita. Venerabilis.) Dicitur venerabilis qui cultu & veneratione dignus est.) Non horribilis.) Non formidabilis. Et se in Volumnij tabernaculo conspirauit.) Id est, conuoluit, tractum verbum à spiris, quæ sunt reuolutiones siue circuli, qui in seipfos recurrunt: vnde non ineleganter serpentes conspirare dicemus, quando se in circum conuoluunt. Per tabernaculum autem intellige tentorium uel mansionem, vt vulgo dicunt Quint. Volumnij. Antium profecti sunt.) Antium in Latio vetus ciuitas, hodie prorsus diruta: sed in littore, & nemoribus mirandæ quædam adhuc extant ruinae. Eam urbem Strabo dicit ab hostia distantem ducentis sexaginta stadiis, suisque temporibus ædificatam fuisse ab imperatoribus Tiberio Druso & Germanico ad ocium relaxationemque laborum ciuilium, à Cinna & Mario tandem expugnatam scribit Liuius libro quarto ab vrbe condita. Vbi per mollitiem maris.) Aquarum tranquillitatem intellige: sed cum mollities ad animum refertur, multi putant in malam partem accipi. Cicero tamen in oratione pro Sylla, mollitiem ani-

Handwritten marginal notes in Latin script, including the word 'Anguis' and various annotations.

^{in praetoribus}
^{ad praetores}
^{Veientana}
^{Veii}
^{Veii}
^{Veii}
ios volentem retinuit. Sic & oppidum ciuibus, & ciues oppido reddidit.

FVRIVS Camillus.) Camillus puer ingenuus interpretatur: ille primus praetor vrbanus fuit. Faliscos obsideret.) Falisci Hetrusiae populus. Ludi literarum magister.) Auctore Paediano omnem scholam ludum appellabant Romani, de qua dictione alia non prorsus contemnenda L. Valla libro quarto cap. decimosexto. Statim Falisci.) Fusius hanc persequitur historiam Plutarchus in vita Camilli. Ob ratam iustitiam.) Iustitia est quae suum cuique tribuit: est autem iustitia fundamentum perpetuae commendationis & fama, ut ait Cicero in libro de Officiis. 2. Fundamentum autem iustitiae fides est, ut ait idem in libro primo. Veios decenni obsidione domuit.) anno ab vrbe condita 355. bello 6. Veientana ciuitas annis decem à Romanis obsessa, & à Camillo tandem capta: vbi tantum praedae fuit, quantum Romani ante per annos 50. & trecentos ex aliis victoriis habuerant, vniuersusque populus Romanus tunc ad praedam in castra vocatus est, eo autem tempore stipendium de publico militibus est statutum, tuncque primum collata stipe, ara militibus constituta sunt. Veii Hetruriae ciuitas apud Pórtianum castellum, Tyberi item & Fiano propinquum. Dicebant autem veteres Veios Sardinorum fuisse coloniam. Quod albis equis triumphasset.) quod antea licuerat nemini. Et praedam iniquè diuisisset.) Accusatus est Camillus à Lucio Apuleio: de Tyrrenorum spoliis expilatione. quoniam pacto à manubiis praeda differat, scripsimus antea ex sententia Gellij libro decimo tertio cap. vicesimo quarto. Itaque praedae & manubiae in ararium Romanum referri solebant, ut est dictum prius.

Damnatus.) Condemnandi notè erat C. litera: absoluedi, A: ampliandi, N. L. Idque non liquere significabat. Ardeam concessit.) Cum iudicium aut sententiam de se ferendam haud expectare vellet, ductus ira statuit ex vrbe decedere. Mox cum Galli Senones.) Galli Senones Bargundiorum sunt, inter Sequanos, intra Ararim & Iuram montem siti, qui à Germania traxerunt originem. Ob sterilitatem.) Ob multitudinem haud nutriripotuisse domi: quare foris sedem & victum quaesierunt. Clusium.) Clusium propè Clauem in monte sitam ciuitatem fuisse legimus. Tres legati.) Hi fuerunt, Cossus Licinius, Valerius Pontius, & Fabius Ambustus. Ex his vnus.) Is fuit Quintus Fabius Ambustus, qui Gallorum ducem interfecit. Contra ius gentium.) Ius gentium Liuius libro quinto ab vrbe condita, ius humanum appellat, de Gallis loquens sicuti Virg. Aeneidos primo, Si genus humanum & mortalia temeris arma. Iurisconsulti autem ius gentium appellant, non tantum id quod naturale secutum est, sed illud etiam primarium, quod inter homines solos intercedit: de quo Caius in lege, omnes intellexit, quod naturale dicitur, est igitur ius gentium, quo iure omnes gentes vtuntur: & illud naturalis aequitas inter omnes gentes constituit, & peraeque apud omnes gentes custoditur. Et ducem Senonum.) Dux ille Brennus regulus appellabatur. Petitis in deditioem legatis.) Dedititij dicuntur qui se in hostium potestatem tradunt. Romam petierunt.) Traditum est à Fabio quodam historiographo, octingenta hominum millia illi bello interfuisse: finitumque bellum Gallicum, est M. Claudio Marcello, & C. Cornelio Scipione consulibus. Apud Alliam fluuium.) Allia fluuius est, à Crustumis montibus, in Tyberim defluens, quadragesimo ab vrbe lapide. Inter nefastos relatus.) De fastis & nefastis diebus, Ouidius Fastorum 1. Urbem intrauerunt) Per portam Collinam, anno ab vrbe condita 360. Idque infelicitatis sibi accidisse Romani putabant: quod L. Papyrius cursor Collegam M. Cornelium Maluginensem in censura subrogasset: C. Iulio censore mortuo quare in posterum ex duobus censoribus altero destituto, alium subrogari non licuit: sed accepto auro mille librarum, ne capitolium obsiderent, recesserunt, teste Eutropio. In curulibus.) Intellige sellas curules, quibus gestabantur Praetores, Consules, Aediles,

qui ius dicebant: unde & curules magistratus dicti, estque appellata sella Curulis à cur-
rus similitudine, quæ gestatorium. & sella gestatoria dicebatur. Cum Manlio) De
quo capite sequenti. In capitolium fugit) A Senonibus Gallis obsessi in capitolio
cum fame perirent. in hostem, ut mentitam rerum copiam prætenderent, panes proi-
ciebant: quare Ioui Panario fuit erecta statua, maximè panibus obiecta. Camilli vir-
tate) id est animi magnitudine & viribus. Dictator dictus) Dictator, quinquies:
Camillus quater triumphavit: secundus Romanæ civitatis conditor est habitus.

Collectis reliquiis) Reliquiæ dicuntur pauca quæ relicta sunt. Gallos improvi-
sos) Scribit Liuius, à Camillo apud Anienem, Gallos Roma redeuntes fuisse trucidato-
s: ubi Manlius torquem detraxit Gallo, unde Torquatus est appellatus. Interne-
cione) Vt ab occido occidio, sic ab interneco internecio dicitur. Migrare Veios
volentem) Ob loci amœnitatem. Obiit autem Camillus Lucio Genutio, & quin-
to Servio consulibus. Itaque Camilli statua in capitolio, & Rostris, togata siue tuni-
cata fuit posita.

De Manlio Capitolino.

Cap. 24.

Manlius ob defensum Capitolium, Capitolinus di-
ctus, sexdecim annorum voluntarium militem se obtu-
lit. Triginta septem militaribus donis à suis ducibus or-
natus, vigintitres cicatrices in pectore habuit. Capta vr-
be author in Capitolium fugiendi. Quadam nocte clã-
gore anseris excitatus, Gallos ascendentes dejecit. Patro-
nus à ciuibus appellatus, & farre donatus est. Donum
etiã in Capitolio publicè accepit. Qua superbia elatus
quum à senatu suppressisse Gallicos thesauros arguere-
tur, & addictos propria manu liberaret, regni affectati
suspicione, in carcerem coniectus, populi consensu libe-
ratus est. Rursus quum in eadem culpa, & grauius per-
seueraret, & reus factus, & ob conspectũ Capitolij am-
pliatus, alio deinde loco damnatus, & de saxo Tar peio
præcipitatus, Domus diruta, bona publicata. Gentilitas
eius Manlii cognomine iuravit. nequis postea Capitolij
nomen vocaretur.

Manlius 68.
Innoce supposito bello cum romani
verbo ingressi sunt manserunt
voluntati...
Fugit in Capitolium quod ab omnibus hostibus
impetu vastatum fuit...
animo...
conspicuo...
militari...
deditur...
militari...
Romanorum...
quod vno pollet...
attigerit.

Quidam nocte.
Insuper animas et natura posuit
in uentre habere maximo...
minimo tumultu...
patet...
anxi...
gallos...
capitolium...
Romanis...
publico...
Anser...
aditus.

Manlius qui.
Manlius hic est fortuna
prouidentia qua quanto magis
subest...
causa...
populi...
nomine...
propterea...
Ceterum...
optima...
quæ...
Ab omni...
Fugit.

SEXDECIM annorum) Ante annum 17, etatem legitimam militiæ, Man-
lius bina ex hostibus spolia retulit. Triginta septem militaribus donis.) De do-
nis militaribus, præter ceteros scribit Alexander ab Alex. libr. quarto, cap. 12. fuitque
primus murali coronâ donatus, quæ componebatur in pinnarum similitudinem.
Clãgore anseris) Anser auis, quæ nocturnas excubias agit, vigiliasq; suas catus affi-

ditate testatur Columella de anseribus libro nono, & Plinius libro decimo capitib. 22. & 59. estque hoc animal natura avidum: sed sensu ac auditu acerrimum. Censores autem magistratum ineuntes, nihil prius agebat, quam ut sacrorum anserum cibaria, & anseris argentei splendorem locarent. Sacri autem anseres iuxta templum Iunonis erant, qui antea copioso cibo alebantur, tunc autem propter summam com meatu inopiam neglecti, esuriebant. Hæc Plutarchus in Problematis & in Camillo: eadem T. Liuius ab Vrbe cõdita libro quinto. Patronus à ciuibus appellatus.) Authore Cicerone in primo de Officiis, qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidem cepissent, earum patroni erant, more maiorum. Et farre donatus est.) Far olim primum militare donum fuit. Donum etiam in Capitolio) Intellige muralem coronam, qua primus donatus est. Qua superbia elatus) Nam vsu venire solet, vt & rebus secundis insolentiores simus. Et addictos) Addicti, vt ait Valla lib. 5. apud veteres dicebantur, qui Prætoris pronuntiatione, ac iussu, cum soluendo non essent, creditoribus vendebantur. Quid inter seruum, & addictum intersit, est apud Quintilianum libro septimo. Populi consensu) Consensio pro multorum sententia, sæpius quam consensus à Cicerone dicitur. Cæterum Romanæ Reipub. administratio popularis erat, populusque Romanus magistratus faciebat suis suffragiis, qui Rempublicam nomine suo administrarent: summamque potestatem populus Rom. habebat. Cum in eadem culpa) Culpa eius est proprie, qui aliquem læsit sed insciens. Perseueraret) Perseuerare est in ratione considerata stabiliter perpetuoque permanere. Et reus factus) id est accusatus. Ob conspectum) Conspectus hic passiuè sumitur. Ampliatus.) Ampliati dicuntur hi, quorum damnatio differtur: de ampliatiõne Valerius Maximus libro octauo, Cicero tertia in Verrè actione. Idem pro Cecinna, & Budæus in annotationibus in Pand. Et de Saxo Tarpeio) Erat enim rupes vasta in Tarpeio foro superstans, vnde nefarij in Tyberim præcipitabantur, vt scribit Liuius libro sexto. Bona publicata) Cõfueuisse Romanos illorum bona, quos maximis criminibus damnarent publicare, scribit Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 23. Cæterum lapidibus criminibus damnarent publicare, scribit Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 23. Cæterum lapidem quendam editiorem Romæ fuisse, cõplurium authorum testimonio constat: vnde præcones in auctiõibus res venales nunciabant. Gentilitas eius) Gentilitas proprie multitudo ipsa, vel familiae, vel gentis, siue nationis alicuius. Manlij cognomine) Manlius dictus, quod manu promptus esset. Nequis postea) Hæc Alex. ab Alex. lib. 5. capite 4.

De Cornelio Cossu.

Cap. 25.

Fidenates fidei Romanorum hostes, vt sine ipse veniæ fortius dimicarent, legatos ad se missos interfecerunt. ad quos Quintius Cincinnatus dictator missus magistrum equitum habuit Cornelium Cossu, qui Laertem Tolumnium ducem sua manu interfecit. De eo spolia opima Ioui Feretrio secundus ab Romulo consecrauit.

FIDENATES) Ultra Anienem fluuium in Vmbria quarta Italiae regione Fidenæ vrbs est vetustissima, vnde fidenates. Legatos ad se missos.) Legatione ideoque legatos violare impium habebatur, cui Deum Mercurium præficiabant: in Rostris sunt posita, in prima Exquiliarum parte, vbi adhuc hodie cernuntur ruinae Corneliorum domus: & vicus Corneliorum dicitur. Quintus Cincinnatus

Handwritten notes in Latin:
Si enim...
quatuor...
quibus...
fuerunt...
nona...
Cossu...
apud...
spolia...
consecrauit...
in arborum...
consecrauit...
consecrauit...

dictator missus) De Quintio Cincinnato lege 17. cap. Magistrum equitum) Vt dictatori ius summum in populum fuit: ita in omnes milites magistro equitum. hodie autem magistrum equitum Galli Connestabulum appellant Spolia opima) Spolia opima ea dicuntur, quæ regibus ducibusque hostium cæsis, Ioui Feretrio in capitolium ferebantur: Terque tantum delata comperimus à Romulo, qui Acronem vicerat, à Cornelio Cossio qui Laerten Tolumnium ducem superauit, & à M Marcello, qui Viridomarum Gallorum ducem fudit. lege Alex. ab Alex. libro. i. capite. 14. Ioui Feret.) Iouis Feretrij templum in vertice Capitolij fuit situm, exiguum. Hic Cossus est dictus, quod rugosi corporis fuerit, nam Cossi vermes sunt, seu teredines, quos in vetustis lignis cum cariem contraxerunt, genitos inspicimus. Rebellarunt autem Fidenates anno ab Vrbe condita 312.

De Puplio Decio patre.

Cap. 26.

Decius Mus bello Samnitico sub Valerio Maximo, &

Cornelio Cossio Consulibus, tribunus militum, exercitum

in angustiis Gauri montis insidiis hostium clauso, acce-

pto, quod postulauerat præsidio, in superiorem locum

euasit, hostes terruit. Ipse intempesta nocte per medias

custodias sumo oppressas incolumis euasit. Ob hoc ab

exercitu ciuica corona de quercu, quæ dabatur ei qui ci-

ues in bello seruasser: Obsidionali, quæ dabatur ei qui

obsidione ciues liberasset, donatus est. Consul bello La-

tino, collega Mælio Torquato, positus apud Vesperim flu-

uium castris, quum vtrique consuli somnio obueneret,

eos victores futuros, quorum dux in prælio cecidisset:

quum collato cum collega somnio conuenisset, vt cu-

ius cornu in acie laboraret, Diis se Manibus voueret, in-

clinante sua parte, se & hostes per Valerium pontificem

Diis Manibus deuouit. Impetu in hostes facto, victoria

suis reliquit.

DECIVS) Decius à decem, sicut à quinque Quintius, tres autem fuere Decij, qui se pro patria morti deuouerunt: pater bello Gallico, filius Hetrusco bello, nepos belli Pyrrhi, quod pro Tarentinis gessit. Hæc Cic. lib. Tuscul. i. Bello Samnitico) Samnites populus est in Samnio, Itali hodie Aprucium appellant. Tribunus militum) Is erat Tribunus militum qui legionibus præerat, & castris, quem hodie Galli Marechalum vocant. Tradit Liuius, Samnites à Romanis duodecies superatos fuisse. Gauri montis) Gaurus mons in Campania. Auerno propinquus. Insidiis hostium) Ab insedendo insidiæ dicte sunt. Intempesta nocte) Noctæ concubiæ, nox intempesta sequitur: quæ nõ habet idoneum tempus rebus agendis. Per medias custodias) Custodia obseruatio est plerumque, aut is

Hor. Bellum contra Samnites - romanis pro compariæ populis sustulissent.

Circa corona.

Quædam uero supra amicturium... circa corona... quæ dabatur ei qui ciues in bello seruasset...

Pontifex.

Ad Vesperim... pontifex factus... ab aliquo pontifice...

Cornu.

In cornu... in acie laboraret... Diis se Manibus voueret... Manibus deuouit...

qui custodit aut is qui custoditur: interdum etiam ponitur pro carcere. Incolumis eua.) Incolumem saepe dicit Cic. eum qui aduersam fortunam non sustinuit. Ciuica corona) Corona ciuica olim maximi fuit ornatus, cui cedunt aureæ, murales, castræ atque Rostratiæ, eratque proprium ius ciuicæ, vt qui illa donatus esset, ei perpetuo eam gestare liceret, & ludos ineunti, à senatu & populo assurgeretur. Ius spectandi cum senatoribus, munerum vacatio, sibi patrique & auo paterno. Obsidionali) De obsidionali coronâ dictum est prius. Gellius imperator Samnitum cecidit. Cæsa eodie 24 millia. 8. capta, nec incrueta fuit Romanis victoria: nam ex P. Decij exercitu cæsa 7 milia, ex Fabij mille & trecenti. Apud Veferim fluuiam) De hac re. in Manlio Torquato 28. capite. Somnio obuenerit) Somnium illusio est, quam inter dormiendum patimur. eorum autem quæ dormientes videre nobis videmur, quinque sunt genera, somnium, visio, infomnium, oraculum, & visus: de qua re, fufius apud Macrobius leges. Vt cuius cornu) In prælio cornua dicuntur, vtraque pars exercitus: in exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu, & quod inter vtrumque est dicitur medium. Manlius dextro, Decius læuo coruu præerat. Diis se manibus voueret) Festus Pompeius, ex sententia Aurelij, manes tradit appellatos bonos deos quod per eos manare omnia putarent, quæ verò dictator, consul, aut prætor vota suscipiebat, non aliter, nisi verbis conceptis, præeunte pontifice Max. concipi poterant. ipsius verò deuouentis verba, & deuouendi formulam tradit Liuius lib. 10. ab Vrbe condita.

De Publico Decio.

Cap. 27.

Publius Decius Decij filius, primò Consul de Samnitibus triumphauit. Spolia de iis Cereri consecrauit. Iterum & tertio consul multa domi militiæque gessit. Quarto consulatu cum Fabio Maximo, quum Galli, Samnites, Umbri, Tusci contra Romanos cõspirassent: ibi exercitu in aciem ducto, & cornu inclinante, exemplum patris imitatus, aduocato M. Liuiio Pontifice, hastæ insistens, & solennia verba respondens, se & hostes diis manibus deuouit. Impetu in hostes facto, victoriâ suis reliquit. Corpus à collega laudatum, magnifice sepultum est.

CERERI consecrauit) Ceres Proserpinæ mater, Saturni & Opis filia, dea frugum est habita, à creando dicta: vnde alma Ceres, quia nos alit: vel tanquam Geres, à gerendis fructibus, vt scribit Varro & Cicero lib. de Natura deorum: Cuius aedes sacra, constructa fuit, apud Circum Max. eiusque sacrum à solis matronis fiebat annis singulis, & ante noctem epulabatur nemo, atque à vino in primis, & Venere abstinabant omnes. Multa domi) Domi, id est in Vrbe. Umbri) Umbria sexta Italiæ regio, cuius gens antiquissima totius Italiæ existimatur: de qua Plinius libro tertio, capite decimo quarto: hodie ducatus Spoletanus appellatur Conspirassent) conspirare per translationem sumitur pro coniurare, vel consentire, & tam in bonam, quàm in malam vsurpatur partem. Ibi exercitu in aciem ducto) Vix de-

Solennia verba.
quæ sunt apud Plinium appropria
probat
hæc ge
familia
et
solennia

scribi potest ordo in aciebus componendis. nam dux prouidens diligensque, explorato praeuisoque terrarum situi sese accommodat. Crebrior tamen haec fuit acierum forma, vt primi essent hastati & pilani, qui pilo congressus primos excipiebant. hi exgo quindecim erant expediti manipuli, & dilecti pedites. Inter quos iaculares, & leuis armaturae milites erat, post sequebantur principes, qui viribus & aetate fortiores, in quindecim pariter distincti manipulos, scuto & insignib. armis sub ipsis signis militabant, modicis discreti spatiis, quasi in subsidiis positi. ea de re plura scribit: Vegetius libro tertio capite decimoquarto. Hastae insistens.) Hasta non, id est, quod vulgo dicunt, sed iaculum. & hastam in postrema desperatione, postrema abiiciebant. Solennia verba,) id est verba religiosa, ac diuina profus. A collega laudat,) Huius collega fuit Q. Fabius Maximus. Mos autem fuit obseruatissimus apud Romanos, vt quorum parentes Reipublice causa occubissent, liberi praemia ferrent, quae illis deberentur. Scribit Quintilianus libro tertio, Funebres laudationes frequenter ex publico aliquo officio pendere: atque ex Senatusconsulto magistratibus saepe mandari: interdum tamen a propinquis fiebat. Magnifice sepultum est.) Sepultum id est, crematum, & conditum: nam sepelire (teste Plinio libro decimoquinto, capite septimo) est quoquo modo condere: humare vero terra tegere. Romani autem comburebant corpora, vt statim anima in suam rediret naturam, Seruio teste in tertium Aeneidos.

De Tito Manlio Torquato. Cap. 28.

Titus Manlius Torquatus, ob ingenij, & linguae tarditatem a patre rus relegatus, quum audisset ei diem dictam a Pomponio Tribunoplebis, noctu urbem petiit. Secretum colloquium a Tribuno impetrauit, & gladio stricto, dimittere eum accusationem terrore multo compulit. Sulpitio dictatore, Tribunus militum Gallum prouocatore[m] occidit. Torquem ei detractum ceruici suae induit. Consul bello Latino filium suum quod contra imperium pugnasset, securi percussit. Latinos apud Vesperim fluium Decij collega deuotione superauit. Consulatum recusauit, quod diceret neque se populi vitia, neque illum seueritatem suam posse sufferre.

A PATRE rus relegatus.) Huius rei meminit Cicero libro Offic. 3. Inter relegationem, & deportationem, Budaeus in secundis annotationibus in Pandectas discrimen assignat. A Pomponio Tribunoplebis.) Seruilio & Hal, & L. Genuitio consulibus id ipsum maxime iubentibus. Terrore multo compulit.) Fusius hanc tractat historiam T. Liuius libro octauo. Gallum prouocatore[m] occidit.) Ex Qu. Claudio Quadrigario, elegantissime pugnam hanc describit Gellius libro nono capite decimo tertio. Torquem ei detractum.) Torques aurei militibus, ob rem strenue gestam donari ab imperatoribus solebant, Vnde Torquati dicti, quos hodie in Gallia, Cochleatos appellamus. Consul bello Latino.) Anno ab vrbe condita 388. Quod contra imperium pugnasset.) Hic Manlij filius Metium Tusculanum equitum praefecit.

Titus Manlius
De sumptibus praetatis in filio
legis potest, nobis proponit
quod copiosus hostiliter a
portu in Calibus, cuius propositum
torquatus pater
causa hanc est quod pater
inimicis aspectum delictum
prohibuit agitari atque
quod hanc est quod pater
filium suum.
Statim impetrat ut in filium
in probo die abirent manibus
impetrat quod torquatus
qui pater agitari atque
quod hanc est quod pater

fectum interfecerat. hac de re Liius plura libris septimo & octauo. Florus libro primo, capite decimoquarto. Eutropius libro tertio capite primo. Ceterum pugnasse extra ordinem iniussu ducis non licuisse, docet Alexander ab Alexand. libro primo capite secundo. Securi percussit.) Securi percutere est id quod hodie vulgo decollare dicimus. Decij collega.) Decium patrem intelligas. Seueritatem suam.) Seuerus is dicitur, qui nihil reo ignoscit, nihil de pœna legibus constituta remittit: qui in iudicando nec gratiam, nec odium nec preces: sed verum sequitur. Itaque Mâlius hic, imperiosus est dictus: & Manliana imperia, vulgato prouerbio. Quod probe torquebitur in eos, qui nimis rigida iuris obseruatione, humanitatis & æquitatis obliuiscuntur. Siquidem ut ait Valerius Maximus libro Memorabilium nono capite de ira: cum victor Manlius Romam reuerteretur, nemo iuuenum obuiam iit: in tantum totius iuuentutis odium venerat.

De Marco Valerio Coruino, Cap. 29.

Reliquias Senonum Camillus persequebatur: aduersum ingentem Gallum prouocatorem, solus Valerius Tribunus militum omnibus terris processit: coruus ab ortu solis galeæ eius insedit, & inter pugnam ora, oculosque Galli verberauit. Hoste deuicto, Valerius Coruinus dictus. Hic quum ingens multitudo ære alieno oppressa Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quintium necessitate compulsam fecisset, sublato ære alieno, seditionem compressit.

Coruus ab ortu.
Quum si coruina ducem adspexisset
magna omni parte fide persuadent
et de iugali penna sylloga
non constat sed si iusticia caua
adipi ab ortu coruini: si vero
sunt adspexisset omnia ipsi omni
coruina docent consuetudine, putant
ipsa se libere ducere ab ortu
Coruini
Vix sicut ipse quiritur postquam in
bello sine hostibus pugnauit
tamquam gratia sub iugato per
abundantiam omnium belli studium
Magnum necessitate compulsum post
a Galio percussa instans morit
pocoribus et pugnans ducatur

Reliquias Senonum
Senones qui in Gallia habitant
ad ortu solis
inter pugnam
ora, oculosque
Hoste deuicto
Valerius Coruinus
Hic quum
multitudo ære
Capuam occupare
ducem sibi
necessitate
sublato ære
seditionem

RELIQUIAS Senonum.) Senones populi Gallie Belgis finitimi. Tribunus militum.) Adolescens M. Valerius Coruinus, sub duce Camillo, Appio Claudio, & L. Furio Consulibus, Trib. militum factus est anno ab Vrbe condita, quadringentesimo nono: de Samnitibus triumphauit, sexies consul fuit, hostes Titi Manlij morte superbos compressit, vixitque corporis & animi viribus integris annos centum. statua illi Diuus Augustus in foro suo ponendam curauit: ac in illius statuae capite, corui simulachrum erat huius pugnae monumentum. Aere alieno oppressa.) Id est, per soluta creditoribus pecunia, quam ingens illa multitudo debebat. Capuam occupare.) Capuam à Campo vrbe contendit dici Plinius, alij à camporum planitie: prius appellata fuit Vulturinus. Seditionem compressit.) Cic. libro 6. de Republica, Seditionis proprietatem à ciuium dissentione dictam esse declarat quod seorsum erant alij ad alium. Estque proprie seditio, cum populo discordante itur ad manus. Virgilius Aeneidos 1. Ac veluti magno in populo, cum saepe coorta est Seditio, sauitque animis ignobile vulgus.

De Pontio Thelesino. Cap. 30.

Titus Veturius, & Spurius Posthumius con-
 sules bellum aduersum Samnites gerentes, à Pontio
 Thelesino duce hostium per insidias seducti sunt.
 Nam ille simulatos transfugas misit, qui Romanis di-
 cerent, Luceriam à Samnitibus obsideri in Apulia,
 quo duo itinera ducebant: aliud longius & tutius, a-
 liud breuius & periculosius. Festinatibus itaque quum
 insidias statuisset, qui locus Furculæ Caudinæ voca-
 tur, Pontius accitum patrem Herennium rogauit,
 quid fieri placeret. Ille ait, aut omnes occidendos, vt
 vires frangerentur: aut omnes dimittendos, vt benefi-
 cio obligarentur. Vtroque improbato consilio, omnes
 sub iugum misit ex foedere, quod à Romanis improba-
 tum est. Posthumius Samnitibus deditus, nec receptus
 est.

Samnites populi sunt in Italia
 in diebus prima campania et
 apulia.

Samnites transfugas.

Misit simulatos milites
 Pontio Thelesino qui pastoralis habitus
 ludibri etiam passerent in Samnites
 locit per que transfugas
 Romanorum insidias et comit
 veniebant Catone iuris rogantibus
 Samnibus respondit
 quo consilio respondit
 ad obsidiam Furculæ.

Sub iugum.

Summi hoc infamia genti sunt
 milites in die mitterentur sub
 iugum quod fuerat duabus hastis in
 hinc fuit hinc suspensio
 Cohortem intelligit consulat post
 et habuerat qui tam prostanti
 magister erat non iure
 milites misit fugit sub iugum
 quod est munitur tunc sub iugum
 hinc de offitio.

TITVS Veturius & Spurius Posthumius.) Hi consules, apud Furcas Cau-
 dinas, deducto in locum iniquum exercitu, cum nulla euadendi spes esset, foedere
 cum Samnitibus composito, & sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis, ita
 exercitum eduxerunt, vt omnes sub iugum mitterentur, cum duobus Tribunis plebis,
 & omnibus qui per foedus sponderant: dediti Samnitibus. non sunt recepti, nec etiam
 multo post fusi à Papyrio Cursore, Samnitibus, & sub iugum missis, receptisque sexcen-
 tis equitibus Romanis obsidibus, itaque pudor prioris flagitij abolitus est. Simula-
 tos transfugas.) Qui dicantur transfugæ, scripsimus antea. Luceriam.) Luceria vrbs
 Apuliæ, quæ Aufonum colonia fuit: vt vult Strabo libro sexto. In Apulia.) Apulia
 Italiæ regio, Hadriatico mari proxima, inter Calabriam & Dauniam, quæ & Iapygia
 dicta est. Quo duo itinera ducebant.) Iter, vt definiunt iurisperiti, est ius eundi, am-
 bulandiue hominis, non etiam agendi iumentum, vel vehiculum. Itaque si quis solus
 vel lectica vehatur, sella equo, aut quouis animali, iter vocabitur. Actus ius agendi, vel
 vehiculum, vel iumentum. Festinantibus itaque.) Quo maturius ferrent open Lu-
 cerinis sociis fidelibus. Furculæ Caudinæ.) Cicero in Catone maiore huius rei men-
 tionem faciens hoc prælium Caudinum appellat. Itaque Caudinæ Furcæ sunt appel-
 latae, quod sint haud procul ab oppido Samnij, quod Caudis dicitur. de hac re plura a-
 pud Titum Liuium libro nono. Omnes sub iugum misit.) A Samnitibus profligatus tunc
 fuit Romanus exercitus, apud Caudinas Furculas, postea Lucius Papyrius sub iugum
 misit, eosque tandem deleuit Sylla dictator. Iugum autem dicebatur, sub quem igno-
 minia gratia victi hostes mittebantur Nam fixis in terra duabus hastis, super eas liga-
 batur tertia: tunc victi hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur inermes.
 Gesta sunt hæc ab vrbe condita 426.

Per iugum
 Consilium proculsus factum
 facti non esse comitibus
 sub iugum
 omnibus qui per foedus sponderant, qui sunt capti

De Lucio Papyrio Curse. Cap. 31.

Lucius Papyrius a velocitate Cursor, quum con-

sulē se aduersis omnibus aduersum Samnites progressum

esse sensisset, ad auspicia repetenda Romā regressus, edi-

xit Fabio Rutiliano, quē exercitui præponebat. ne ma-

nū cū hoste confereret. Sed ille opportunitate ductus pu-

gnauit. Reuersus, eum securi ferire voluit: ille in urbem

cofugit, nec supplicem Tribuni tuebantur. Deinde pa-

ter lachrymis, populis precibus veniam impetrarūt. Pa-

papyrus de Samnitibus triūphauit. Idem Præneste quū

Prætorem grauisime increpuisset, Expedi inquit, lictor

secures. Et cum eum metu mortis attonitū vidisset, inco-

modam ambulantes radicem excidi iussit.

A VELOCITATE Cursor.) Quare Cursor sit dictus docet T. Liuius libro

nono ab vrbe condita. Quum consulem se aduersis omnibus.) Aduersum Samnites

Papyrius consul cum exercitu missus, cū à Pallariis auguribus vna coniectantibus con-

gredi prohiberetur, eos irridens tam feliciter confecit bellum, quā constanter arripuit:

in hoc enim prælio duodecim millia hostium caesa, tria millia capta referuntur. Ad

auspicia.) Diximus antea Romanos ita auspiciis fuisse deditos, vt nihil domi nec militi-

æ fecissent, nisi auspicato. Fuerūt autem quinque auspiorum genera. Primum ex ca-

lo, secundum ex auibus, tertium ex tripudiis, quartum ex quadripedibus, quintum ex

diris. Edixit, id est iussit, & est propriè magistratum, vnde Edicta, quæ sunt Con-
sulum, Prætorum & Aedilium literæ, quibus aliquid imperatur: quorum edicta, quum an-

tea aunia essent, postea facta sunt perpetua, vt scribit Budæus in annotationibus in
Pandectas. Quem exercitui præponebat.) id est, quem magistratum equitum sibi

nominauerat. Ne manum cum hoste confereret.) Vnde conferti milites dicuntur
dum pugnant. Opportunitate ductus.) Opportunitas, à nomine portus: vnde oppor-

tunus is dicitur locus, ad quem tutò naues deduci possint. Deinde pater) M. Fabius sci
licet, hanc fusius tractat historiam Liuius libro octauo ab vrbe condita. De Samniti-

bus triumphauit.) Samnites sub iugum misit, à quibus antea profligatus fuerat Roma-
nus exercitus, de hisque triumphauit: secunda vero pugna apud Rosellas, iterum vin-

cens triumphauit. Idem Præneste.) Præneste oppidum in Italia non longe ab vrbe
Roma, quā Cæculus Vulcani filius, condidit: vt est apud Virgilium libro Aeneidos 7.
Ea quondam Stephane appellata est, vt ait Plinius libro tertio. Prætorem grauisimè

increpuit.) Quia prætor Prænestinus, per timorem segnius ex subsidiis suos duxe-
rat in primam aciem. Lege T. Liuium libro nono ab vrbe condita. Expedi, inquit li-

ctor.) Lictorem describit Gellius lib. II. capite tertio. Et quum eum.) Auctore Ci-
cerone Officiorum lib. I. Optadum est vt hi qui præfunt Reipublicæ legum similes sint
quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. Radicem excidi iussit.)
Radix oleæ fuit illa vt est apud Plinium libro decimo cap. II. de vetustate oleæ. Cæte-

rum in censura L. hic Papyrius C. Iulio colega mortuo ne abiret magistratu M. Corne-
liū Maluginētē collegā sibi subrogauit, quod piaculare visum est: eo enim lustro à Gal-

Ad auspicia.

In primo sunt libri capite
anteo ut ait ait fuit apud
romanos auspicia nigra
quod est ad publica
fuit a nigra adhibet
omne in roma
Iustitiam. In
auspicia primū
fuerunt sub
fuerunt quos
fuerunt in
auspicia primū
fuerunt sub
fuerunt quos
fuerunt in

Ad auspicia
auspicia primū
fuerunt sub
fuerunt quos
fuerunt in

Ad auspicia
auspicia primū
fuerunt sub
fuerunt quos
fuerunt in

His vrbs capta est. quare postea institutum fuit, vt altero censore vita functo. collega magistratu abiret.

De Q. Fabio Rutiliano.

Cap. 32.

Quintus Fabius Rutilianus, primus ex ea familia ob virtutem maximus, magister equitum a Papyrio Cursore securi penè percussus, primum de Apulis & Lucerinis, iterum de Samnitibus, tertio de Gallis, Vmbris, Marfis, atque Tuscis triumphauit. Censor Libertinos Tribub. amouit. Iterum Censor fieri noluit, dicens non esse ex vsu Reipub. eosdem Censores sapius fieri. Hic primus instituit, vti equites Romani Idibus Quintilibus ab aede Honoris equis infidetes, in Capitolium trāsiret. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate cōgestū, vt inde filius viscerationem & epulas publicè daret.

O B virtutem Maximus.) Qu. Fabius Rutilianus cum Decio cēsor, ne comitia in humillimorum manu essent, omnem forensē turbam excretam, in quatuor tribus coniecit, vrbanasque appellauit: adeoque gratum fuit, vt Maximi cognomen, quod victoriis non pepererat, propterea sit assequutus. Itaque duo duntaxat, Maximi cognomen meruere, Fabius hic. & Valerius. Securi penè percussus.) Id capite superiori dictum est. Primum de Apulis &c.) De Apulia & Luceria dictū est superius. Item de Gallis, Vmbris, & Samnitibus, hasque scripsit victorias T. Liuius lib. 9. ab vrbe condita. Marfis.) Marsia regiuncula Italiae, vltra Pisenum, Samnites versus, a Marso Circes filio, vnde originem duxerat dicta. Lege Strabonem lib. 12. Censor.) Duo erant Censores, morum & rerum, qui quinto quoque anno creabantur: quod tandem tempus ob Censorum insolentiam, immutatū est, ad annumque redactum, A. Mamertio Aemilio dictatore, Iulio Virgilio & M. Appio Coss. Cicero in oratione in L. Pisonem ait. Censurā quadringentos annos durasse, quæ per plurimos annos Romæ intermissa fuit: At eā P. Clodius sustulit prorsus. De Censorum auctoritate, scribunt Budæus in annotationibus in Pand. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 13. & Gellius lib. 4. capit. 12. & 20. Libertinos.) Libertini dicuntur, qui iusta seru itute manumissi sunt. Tribubus amouit.) Etiam Libertinorum filij, senatu eiiciebantur vel per imprudentiam lecti. Instituit) Vnde institutum, bonus mos dicitur. Vt equites Rom.) Qui a Censoribus quadringentis milibus sestertium censebantur, hi erant equites Romani. Idibus Quintilibus.) Quintilis olim mensis erat, quē hodie Iulium appellamus, eo quod quintus esset in ordine. Ab aede Honoris.) Tra-beati & olea coronati equites, ab aede Honoris ad Capitolium ibant, quem transe-ctionis morem diu intermissum Octauius reuocauit: hæc scribit Alex. ab Alex. li. 3. ca. 18. Vt inde filius.) Qui Gurges appellabatur. Visceratione) Ioui Latiali, in monte Albano sacrum fuit, vbi carnem populis Latinis dare mos erat, quæ visceratio dicta, de qua vide T. Liuium, decad. 4. li. 3. & Plinium li. 3. cap. 5. Et epulas publicè daret.) id est publicum conuiuium in funere patris exhiberet, cæterum epulum & epulæ quantum distent, licet videre apud Vallam lib. 4. cap. 23. & Calium lib. 15. cap. 2.

G

Libertinos... quæ propterea...
Quævis...
Distributio...
quævis...
magistratus...
quævis...
magistratus...
quævis...
magistratus...

Marcus Curius Dentatus primò de Samnitibus triū
 phauit, quos usque ad mare superum perpacauit. Re-
 gressus in concione ait, **Tantum** agri cepi, vt solitudo
 futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem: tantum
 porro hominum cepi, vt fame perituri fuerint, nisi tā-
 tum agri cepissem. Iterum de Sabinis triūphauit. Ter-
 tiò de Lucanis quas vr̄bem introiuit. Pyrrhum regem
 Epeirotarum Italia expulit: quaterna dena agri iugera
 viritim populo diuisit. Sibi deinde totidem constituit,
 dicens neminem esse debere, cui non tantum suffice-
 ret. Legatis Samnitum aurum offerentibus, quum ipse
 in foco rapatorreret. **Malo**, inquit, hæc i fictilibus me-
 is esse, & aurum habentibus imperare. Quum inter-
 uerit pecunie argueretur, cadum ligneum, quo vti ad
 sacrificia consueuerat, in medium protulit: iurauitque
 se nihil amplius de præda hostili in domum suam cō-
 uertisse. Aquam deinde Anienem manibus hostiū in
 vr̄bem induxit. Tribunus plebis patres auctores fieri
 coegit comitum, quibus plebeius magistratus creaba-
 tur: ob hæc merita domus ei apud Tiphatham, & agri
 iugera quingenta publice data.

*Ab hinc de sabinis
 sabinis in concione ait
 tantum agri cepi, vt solitudo
 futura fuerit, nisi tantum
 hominum cepissem: tantum
 porro hominum cepi, vt fame
 perituri fuerint, nisi tantum
 agri cepissem.*

*En ipse in foro.
 Tunc gratias accepit
 de sabinis, de lucanis
 de pyrrho, de epeirotis
 de aqua anienensi
 de tribunatu plebis
 de magistratu plebeo
 de domo publica
 de agris publicis.*

*Super præda.
 Solabantur prædatorum
 romanos omnes prædones
 quos in agris cepisset
 in concione ait
 totidem constituit
 dicens neminem esse
 debere, cui non tantum
 sufficeret.*

*in concione ait, regressus
 in concione ait, tantum agri
 cepi, vt solitudo futura
 fuerit, nisi tantum hominum
 cepissem: tantum porro
 hominum cepi, vt fame
 perituri fuerint, nisi tantum
 agri cepissem. Iterum de
 sabinis triūphauit. Tertio
 de lucanis quas vr̄bem
 introiuit. Pyrrhum regem
 epeirotarum italia expulit:
 quaterna dena agri iugera
 viritim populo diuisit.
 sibi deinde totidem
 constituit, dicens neminem
 esse debere, cui non tantum
 sufficeret. Legatis
 samnitum aurum offerentibus,
 quum ipse in foco
 rapatorreret. malo, inquit,
 hæc i fictilibus meis
 esse, & aurum habentibus
 imperare. Quum interu-
 erit pecunie argueretur,
 cadum ligneum, quo vti
 ad sacrificia consueuerat,
 in medium protulit:
 iurauitque se nihil
 amplius de præda
 hostili in domum suam
 conuertisse. Aquam
 deinde anienem
 manibus hostium
 in vr̄bem induxit.
 tribunus plebis
 patres auctores fieri
 coegit comitum,
 quibus plebeius
 magistratus creabatur:
 ob hæc merita
 domus ei apud
 tiphatham, & agri
 iugera quingenta
 publice data.*

M. CURIVS Dentatus.) Dentatus, quòd solido osse, vice dentium armare-
 tur, dici puto: quanquam aliter plerique sentiunt, quòd dentibus armati in lucē pro-
 dierint. Usque ad mare superum.) Superum mare Hadriaticum appellatur, respec-
 tu Tyrrheni, quod à Græcis inferum nuncupatur. In concione ait.) Concio si-
 gnificat aut orationem ipsam: aut suggestum unde verba fiunt, aut populi assidentis
 multitudinem illuc conuocatam, hic pro oratione sumitur: duplicem autem concio-
 nem fuisse scripsimus, aut legitimam, aut conuocatam. Tertio de Lucanis.) Luca-
 ni populi dicti sunt, quòd ea regio ad partem stellæ luciferæ sit sita, vel quòd loca
 sint ætherea, id est multæ lucis, aut à Lucilio duce, vel quòd primitus in luco conse-
 derint. hi inter Calabros, & Apulos siti sunt, & à Sabinis orti, eorū regio Lucania est,
 quæ nunc Principatus dicitur. Lege Strabonem lib. 4. Ouans.) Pompam & ouā-
 tis apparatus describit Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 17. Pyrrhum.) Qui tandem
 saxo necatus est, dum oppugnaret Argos. Regem Epeirotarum.) Epeirus

continens dicitur, hoc est. firma terra, regio quæ Molossa dicta est, & à Chaone He- leni fratre Chaonia, nunc vero Albania vocatur, à Septentione Macedonia termi- natur: ab oriente Achaia, ab occidente Ionio mari, quod Strabo Ausonium appella- uit. In Epiro 14. fuisse gentes Theopompus tradit. Viritim,) viritim aduerbiū est à nomine vir, significatque per singulos viros. In foco rapa, torreret.) Lege A- popht. Erasmi. In fictilibus meis esse.) Esse hoc in loco manducare significat.

Quum interuersæ pecuniæ argueretur.) Argueretur, id est, accusaretur. est enim arguere interdum & criminari. nec minus eleganter, quàm festiuè, interuersam pecu- niam furto sublatam hic appellat. Cadum ligneum.) Cadum, alij scyphum dixè- re, vas in quo hauriebatur aqua, in peragendis sacrificiis requisita, lato ore & fundo angusto, ne stare posset: eiusmodi enim aquam super terram posuisse piaculum & tri- ste omen erat. Turauit.) Quàm varium ac multiplex iusiurandum, apud diuersas gentes fuerit, docet Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10. De præda hostili.) Aulus Gellius lib. 13. cap. 24. & Nonius Marcellus. prædâ & Manubias ita distinguunt, vt sit præda, corpora ipsarum rerum, quæ capiuntur: manubiæ verò pecuniæ ex prædâ vendita re- ductæ. In domum suam conuertisse.) Quam enim pecuniam hostibus imperato- res detraxerant, eam in ærarium Romam referendam curabant. Itaque cum Impera- toribus mittebantur quæstores, ad rem pecuniariam administrandam, ac prædam & manubias in publicas rationes referendas. Aquam deinde Anienem.) Anio fluuius est in agro Tyburtino, qui è sublimi, in vallem subiectam præceps fertur. A- nieni nomen indidit Anius Rex Hetruscorum, qui insequens Cethegum filix raptorem, eum eum assequi non posset in fluuium insiluit. Ibiq; extinctus, vt Anio vocaretur effectit. Patres auctores fieri cogit.) Prius enim Senatores Romani in plebeio magistratu creando, haud sua interponebant suffragia. Comitii.) Curia- ta intellige comitia: nam ait Dionysius in comitiis curiatis, omnem potestatem creâ- di magistratus penes populum fuisse: in Centuriatis penes diuites. Caterùm illæ con- ciones populi ad creando magistratus, & ad leges ferendas dicebantur comitia: quo- rum alia calata, alia centuriata, alia curiata erant: de quibus Budæus in annotationi- bus in Pandect Gellius lib. 5. cap. 19 Item multis aliis in locis Alex. ab Alex. Apud Typhatam.) Montes ardui Capuæ, qui longiusculo tractu ad Nolam urbem ferun- tur, Tiphata olim sunt appellati.

De Appio Claudio Cæ-

co. Cap. 34.

Appius Claudius Cæcus in Censura Libertinos quo- que in Senatum legit: epulandi, decantandique ius ti- bicinibus in publico ademit. Duæ familiæ ad Hercu- lis sacra sunt destinata, scilicet Potitiorū & Pinariorū. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, vt sacra Herculeæ seruos publicos edocerent, vnde cæcatus est: gens Potitiorum funditus periit. Ne consu!atus cum plebeis communicaretur, acerrimè restitit. Ne Fabius solus ad bellū mitteretur, contradixit. Sabinos Samni- tes, Hetruscos bello domuit. Viam vsque Brūdusium

Libertinos quæ-
Sabinos
Appius Claudius
epulandi
decantandique
ius tibi-
cinibus
in publico
ademit.
Duæ familiæ
ad Hercu-
lis sacra
sunt desti-
inata, scilicet
Potitiorū &
Pinariorū.
Potitios Her-
culis sacer-
dotes pretio
corrupit, vt
sacra Her-
culeæ seruos
publicos edo-
cerent, vnde
cæcatus est:
gens Potitio-
rum funditus
periit. Ne
consu!atus
cum plebeis
communicar-
etur, acerrimè
restitit. Ne
Fabius solus
ad bellū
mitteretur,
contradixit.
Sabinos Sam-
nitès, Hetru-
scos bello
domuit. Viam
vsque Brū-
dusium

strauit lapidibus: vnde illa Appia dicta. Aquam Anienem in urbem induxit. Censurā solus omni quinque-
nio obtinuit, Quum de pace Pyrrhi ageretur, & gratia
potentum per legatum Cineam pretio quæreretur, se-
nex & cæcus lectica in senatum latus, turpissimas con-
ditiones magna oratione discussit.

Cineas Appii cognomen fuit
Sabinus et in pueris
ab his pueris fuisse cognomen viribus
quos post pueritiam amio et bello
reputantur

Cum romani Sabinos amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt
Sabinos consulibus amiserunt

APPIVS Claudius.) Claudia gens patritia è Sabinis venit. Appiorū autē fami-
lia, ab Appij herbae corona, quā L. Appius in Achaia, ludis Nemaïs meruit, originem
duxisse fertur. Cæcus.) De Appij cæcitate lege Alex. ab Alex. li. 2. cap. 14. In cæ-
sura Libertinos.) Qui sint Libertini, quæ Censura, dictum est. Epulandi.) Epulum
olim exhibebatur ciuibus in propatulo, siue in dedicatione templi, siue in triumpho,
siue in funere, siue ludorum causa: sicuti factum esse constat à pluribus, qui testamē-
to legauerunt epulum quotannis, ad sepulchrum rosæ & variis respersum odoribus,
pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Tibicinibus.) Tibicines dicebantur,
qui in conuiuuiis, vel feriis præludebant: de quibus est apud Liliam libro quarto.
Ad Herculis sacra.) Quæ solennia in Herculis sacro ad aram maximam seruabā-
tur, docet Alexan. ab Alex. libr. 2. cap. 14. fuit autem Herculis ara maxima Romæ, in
Capitolij faucibus, iuxta Carmentalem portam, & forum Boarium. Scilicet Poti-
tiorum & Pinariorum.) Sacrum hoc Herculis Euander instituisse fertur: proditumq;
memoriæ est Potitios sacris præsto fuisse, & propiciato deo, extis solēnibus depastos:
Pinarios verò extis adesis ad reliquam dapem venisse. Fufius de hac re Pomponius
Lætus de sacerdotiis Romanorum. Gens Potitiorum funditus periit.) Triginta pu-
beres, qui reliqui Potitiæ familiæ māsērunt, cum omni stirpe intra annū, extincti fue-
runt. Ne consulatus.) Profligato tandem Gallico bello, assiduis tribunitiis sedi-
tionibus victi senatores, alterum ex plebe consulem creandum concessere, primusque
de plebe consul fuit, L. Sequacius. Ne Fabius solus.) Aduersum Gallos, Samnites,
Vmbros, & Tuscos, qui contra Romanos conspirant. Fabius Maximus collegam
habuit P. Decium filium. Sabinos &c.) De Sabinis, Samnitibus, & Hetruscis antea
diximus abundè. Usque Brundisium.) Brundisium, hodie Brindes, ciuitas est Ita-
liæ, à Græcis condita, portu nobilis, vnde in Græciam & in Asiam transmittitur. Me-
sapiorum lingua Brundisium cerui caput interpretatur. est enim ciuitas cum porta
capiti ceruino persimilis. Vnde illa Appia dicta.) In via Appia multo plura & ma-
iora sunt ædificiorum vestigia, quàm quisquam possit credere, qui omnia attente nō
viderit: hæc Blondus de Roma triumphante, Aquam Anienem.) Quæ & ab hoc
Claudio Claudia dicta est. In urbem induxit anno ab Vrbe condita 422. Caterum
anno ab vrbe condita 608. cum hic fons Anio vetustate consumptus esset, datum est
à senatu negotium M. Titio Prætori, vt hunc fontem reficeret: cui ab auctore Mar-
tia nomen inditum est. Censuram solus omni quinquennio.) Solus, id est, sine col-
lega. Appius in censura collegam habuit Caium Plancium, qui se magistratu abdicauit.
Memoriæ tamen felicioris, inquit Liuius libro 9. apud posteros nomē Appij fuit.
Erat censura annorū 5. sed octauo anno à quibus cōstituta fuerat, Aemilius Mamer-
cus ingēti cōsensu populi legē detulit, ne amplius q̄ annua, & semestris cēsura esset,
quā P. Clodius trib. pleb. tandē sustulit prorsus, vt diximus antea. Est autē hoc notatu
de integro censores crearentur. Quum de pace Pyrrhi ageretur.) Huius rei memi-
nit Cic. in Catone. Cū Tarentinis Romani bella cruentissima gesserūt, & Pyrrhū

Epirotarum regem in auxilium euocarunt: ac pacem cum Tarentinis & Pyrrho inire volebant Romani, nisi lectica in senatum delatus Appius dissuafisset. populi enim Romani iussu pacem & bellum consules faciebant. Per Cineam legatum.) Erat hic Cineas Theffalia vir magi ingenij, & Demosthenis auditor, ac in imitationem eius traditus. Itaque Pyrrhus hoc dicere solebat, Plures à Cineas oratore victorias, quam à se armis esse partas.

De Pyrrho rege Epyrotarum.

Cap. 35.

Pyrrhus rex Epirotarum materno genero ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, quum imperium orbis agitans, Romanos potentes videret, Apollinem de bello consuluit. Ille ambigue respondit, Aio te Acacida Romanos vincere posse. Hoc dicto in voluntatem tracto, auxilio Tarentinis venit: bellum Romanis intulit: Launium consulem apud Heracleam elephantorum nouitate turbauit. Quumque Romanos aduersus vulneribus occisos videret, Ego, inquit, talibus viris breui orbem terrarum subigere potuissem. Amicis gratulantibus, Quid mihi cum tali victoria, inquit, vbi exercitus robur amittam? Ad vigesimum ab vrbe lapidem castra posuit, captiuos Fabritio gratis reddidit. Viso Launij exercitu, eandem sibi ait aduersum Romanos, quam Herculi aduersus hydrum, fuisse fortunam. A Curio & Fabritio superatus, Tarentum refugit: in Siciliam traiecit. Mox in Italiam Locros regressus, pecuniam Proserpinæ auertere tentauit. Sed ea naufragio elata est. Tum in Græciam regressus, dum Argos oppugnaret, ictu tegulæ prostratus est. Corpus ad Antigonum regem Macedoniae delatum, magnificè sepultum.

AB ACHILLE.) Achilles vir apud Homerum cantatissimus Pelei & Thetidis filius, Chironi nutriendus datus est, inter filias Lycomedis, sub habitu muliebri absconditus, ex Deidania generauit Pyrrhum. Ab Hercule oriundus.) Oriundus dicitur qui originem ducit, quod ex eo loco parentes eius fuerunt. Ortus verò ex loco, personate presenti. lege Vallam libro Elegant. 3. Apollinem de bello consuluit.) Appollinis oracula ambigua semper fuisse, leges apud Alexand. ab Alexan. lib. 6. cap. 2. Acacida.) Acacides, id est, Achilles Acaci nepos, nam Acaci filius Peleus fuit Achilles pater: estque amphibologia, id est, dubium dictum, vel sermo dubiam indicans

De bello... Dico si danda

Apollinis omnia... Dico si danda

Pyrrhus... Dico si danda

Pyrrhus... Dico si danda

sententiam, sitque figura hæc compositionis vitio, cum in ambiguo posita est sententia. Auxilio Tarentinis venit.) Tarentum in clyta Calabriae ciuitas à Tara Neptuni filio ædificata, deinde à Laconibus aucta, qui duce Palanto, illuc aduentantes incolis expulsis, Tarentum habitarunt. hæc Iustin. libro tertio ab Vrbe condita 464. Tarentini Romanam classem fortè prætereuntem, è spectaculo theatri prospectam, hostiliter inuaserunt, quinque tantum nauibus vix per fugam elapsis. Hinc multarum inimicitarum exordium Romanis aduersum Tarentinos. Apud Heracleam.) Heracleam multiplicem per historiographos fuisse constat: hæc autem in Italia in Capania finibus fuit, apud Lirim fluuium in primo conflictu consumptus est dies. Romanorum peditum tunc cecidisse feruntur II. millia 900. & octoginta. Capti autem decem & trecenti. Equites verò caesi 245. capti 800. & duo, signaque amissa 22.

Elephantorum nouitate.) Quia primus in Italiam ad bellum elephantos adduxerat. Aduersis vulneribus.) id est, vulneribus in tergum illatis. Amicis gratulantibus.) vsitator sermo est, Gratulor victoriae tuæ, quam gratulor tibi victoriam. est autem Gratulari significare verbis, aut scriptis, latum se esse de aliena felicitate, quanuis in nostris quoque rebus aliquando gratulemur, vt est in oratione Ligariana: diis verò gratulari, est iis gratias agere. Ad vigesimum ab vrbe lapidem.) Scripsimus antea lapidem plerumque pro miliario poni, quoniam olim miliaria lapidibus signabantur. Castra posuit.) Ponere seu figere castra, est id quod vulgo ponere campum dicimus. Captiuos Fabritio.) Quia C. Fabritius, & Quint. Aemilius c o s s. Pyrrhum mouerant per literas, vt insidias medici caueret. Romani tamen Tarentinorum & Samnitum captiuorum, numerum parem Pyrrho remisserunt, Plutarcho teste. Aduersus hydram.) Hydra anguium genus, in aqua degentium. Hydram finxerunt poete multorum esse capitum in Lerna palude, quorum aliquot e cisis, totidem continuo renascebantur. tandem ab Hercule & igne & sagittis interfecta est, cuius naturam lege apud Plinium libro vicefimonono capite quadagesimo primo. Item apud Cælium libro decimo quarto capite tertio alluditque ad prouerbiū hoc, hydram fecare, quod ritè ad eos accommodabitur, qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis. A Curio & Fabritio superatus.) In ea pugna 4. Romanorum milia caesa sunt, & de exercitu Pyrrhi viginti milia prostrata referuntur, regis signa ablata 43. Romanorum II. amissa sunt.

Locros regressus est.) Locrus vrbs ab Aiace Oileo, & Naritiis, qui eum secuti sunt, condita apud Locrinum montem, qui est in Brutiis ad extremum Italiae, oppositus Peloro. auctor est Plinius à Locris incipere Italiae frontem, quæ magna Græcia appellata est. de Locris Strabo libro nono. Pecuniam Proserpinae.) Huius rei meminit Liuus libro octauo secundi belli Punici, de P. Lemnio loquens. Item Valerius Maximus de neglecta religione libro primo. Dum Argos oppugnaret.) Oppugnabat autem nocturno tempore. Argos nobilis ac vetusta Theffaliae ciuitas Larissa appellata inter Pelasgos ponitur. sic dicta ab Argo rege, hinc Argiui Græci dicti sunt. Ictu tegulae.) Pyrrhi vitam lege simul & mortem apud Plutarchum. est autem occisus ab ancilla Argiui cuiusdam matre, Ad Antigonum.) Antigonus Macedonum rex Alexandri Magni frater, qui duodeuiginti annis regnauit in Asia, defuncto fratre. Regem Macedoniae.) Macedonia à Macedone Osyridis Iouis filio dicta. Epitaphium autem Pyrrhi in templo Iouis Tarentini tale repertum est,

Qui inuicti ante viros fuerant pater optime olympi,
Hos egomet pugna vicisum victus ab isdem.

De Volsiniis.

Cap. 36.

Volsinij, Hetruriae nobile oppidum, luxuria penè perierunt. Nam quum temere seruos manumitterent, dum in curiam legerent, consensu seruorum oppressi,

Handwritten notes in the left margin:
 So capm p...
 imagine p...
 no mod...
 futari...
 omni q...
 ab...
 ...

cum multa indigna paterentur, clam Roma auxilium petierunt. Missusque Decius Murena mox libertinos omnes aut in carcere necavit, aut dominis in servitutem restituit.

VOLSINI. Volsiniensium meminit Livi^{us} ab Vrbe condita libro 10. Luxuria penè perierunt.) Luxuria est superuacanea quædam rerum abundantia & sumptus, cui contraria frugalitas est. Nam quum temere.) Temere, id est, sine causa, & vt vulgo dicunt leuiter, & re non bene examinata. Seruos manumitterent.) Manumittere, est de seruo liberum facere: manumissus, liberatus à potestate: nam quandiu quis in seruitute est, manui, hoc est, potestati subditus est, erat autem mos in manumissione vt dominus caput, aut aliud membrum serui tenens diceret, hunc hominem liberum esse volo, & mittebat eum è manu. De manumissione scribit Alex ab Alex. lib. 4. cap. 10. & Budæus in Pand. Dum in curiam legeret, id est, senatorum honoribus afficerent. Quæ propriè curia dicatur, his verbis declarat Tertulianus in Apologetico, Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, non est factio dicenda curia. Auxilium petierunt.) Auxilia dicuntur milites hi, qui à fociis, vt fœderatis gentibus mittuntur, vt est apud Vegetium lib. 2. Mox libertinos omnes.) Libertinos appellat, qui aliquando serui libertate donati sunt per manumissionem quæ minima libertas fuit, nam triplicem Libertatis speciem apud Rom. fuisse constat.

De Appio Claudio Caudice. Cap. 37.

Appius Claudius victis Volsiniensibus cognomento Caudex, frater Cæci fuit. Consul ad Mamertinos liberandos missus, quorum arcem Carthagenenses, & Hiero rex Syracusanus obsidebant, primò ad explorandos hostes fretum piscatoria naue traiecit, & cū duce Carthagenensium egit, vt præsidium arce deduceret. Rhégium regressus quinquerem hostium copiis pedestribus cepit. Phalangem in Siciliam traduxit. Carthagenenses Messana expulit. Hierona regem prælio apud Syracusas in deditiorem accepit: qui eo periculo territus Romanorum amicitiam petiit, eisque postea fidelissimus fuit.

VICTIS Volsiniensibus.) Posthumius consul, exercitu primo uastauit Volsinensium agros, deinde cum ad tuendos fines nõ procul à mœnibus pugnavit, vt i duo Hetruscorum milia & trecenta cæsa feruntur. Cognomento Caudex.) Q. Appius Claudius Caudex à nauium caudicibus dictus est: quia primus persuasit nauē conscendere: itaque plurimum tabularum contextus, caudex apud antiquos vocabatur, vnde & codices. Consul ad Mamertinos.) Consul fuit cum Quint. Fulvio Flacco. Cæterum Mamertini Siciliæ populi sunt, quorum vrbs Messala appellatur. De his Vo-

Multa indigna.
Ma. Noni primus legitur polidant
Loni. noni primus, progreduentur quæ
curia. factus est ad progreduentur
dicitur progreduentur, ob dominum
progreduentur, progreduentur quæ
quo dicitur in progreduentur
progreduentur, nisi est in aliq
progreduentur, nisi est in aliq
commisit voluntate in progreduentur
Quibz omnibz nihil potest indignis
Ma. progreduentur.

sednt persequi vlt postea Giusan
et carthagenensibus

laterranus libro sexto plura. Et Hiero.) Hic Hiero Syracusanorum tyrannus, in quo pulchritudo corporis, & vires fuerunt admirabiles: de quo L. Florus libro secundo capite secundo. Ad explorandos hostes.) Explorare est intentius, ac etiam cum voce quidpiam inquirere. Piscatoria naue.) Piscatoria nauis, est quae piscium capiendorum causa parata dicitur, quam nauicellam vocat Martianus iuriconsultus in tractatu De fundo instructo. Et cum duce Carthaginensium.) Dux ille Himilco vocabatur. Ut praesidium.) Praesidium est numerus, & statio militum, ad vrbes vel arcis custodiam destinatorum, hodie milites Galli garnitionem vulgo dicunt. Rhegium regressus.) Rhegium Italiae oppidum, ad mare Siciliae proximum: vnde Rhegini: lege Strabonem. Quinqueremem.) Quinqueremem primus instituit Nefichthon, si Plinio credimus: verum si tu triremibus binos ordines addideris, quinqueremem facies: si plures, maiorem. Copiis pedestr.) Copias hic ponit, pro parua militum manu, sicuti Cic. in oratione pro A. Cecinna. Phalangem.) Macedones (vt inquit Curtius) phalangem vocant peditum agmen stabile, quando vir viro, armis arma conferta sunt: vt & phalanx proprie Macedonum est, ita Caterua Gallorum: itaque phalanx sena militum milia continebat, Vegetio teste. Messana expulit.) Messanam quam hodie Messinam vocant, condidere Messenij in Pelori sinu. Apud Syracusas.) Syracusae Siciliae ciuitas sub Pachyno monte sita, vbi fons Arethusa. In ditionem accepit.) Vt apud Gallos brachia, & manus inermes tendere: sic apud Romanos capita scutis subdere, & arma tradere deditiois signum erat. Romanorum amicitiam petiit.) Hiero Romanis amicissimus fuit postea. Nam post primum bellum Punicum, ad ludos Romam venit, & ducenta modiorum milia tritici, Romano populo dono dedit.

De Cneo Duellio & Himilcone Poenorum.

duce. Cap. 38.

Cneus Duellius primo Punico bello dux contra Carthaginenses missus, quum videret eos multum mari posse, classem magis validam quam decoram fabricavit: & quas coruos vocauerit, manus ferreas cum irrisu hostium primus instituit, quibus inter pugnandum hostium naues apprehendit, qui victi & capti sunt. Himilco dux classis Carthaginem fugit, & a senatu quaesivit quid faciendum censerent. Omnibus, vt pugnaret, adclamantibus: Feci, inquit, & victus sum. sic poenam crucis effugit. Nam apud Poenos dux male re gesta puniebatur, Duellio concessum est, vt praelucente funali, & praecinente tibicine, a coena publice rediret.

PRIMO Punico bello.) Anno ab vrbe condita 476. primum Punicum bellum ceptum est. Nam Tarentini, Pyrrhi morte comperta, iterum noua aduersum Romanos arma sollicitarunt. Poenorum auxilium petentes, confertoque praelio Carthaginenses victi sunt. Multum mari posse.) Cu[m] Cornelio Afina, & Cn. Duellio coss.

Multa mari posse
Carthaginenses
Himilco
Cneus Duellius
primo Punico bello
dux contra
Carthaginenses
missus, quum
videret eos
multum mari
posse, classem
magis validam
quam decoram
fabricavit:
& quas coruos
vocauerit,
manus ferreas
cum irrisu
hostium
primus instituit,
quibus inter
pugnandum
hostium naues
apprehendit,
qui victi & capti
sunt. Himilco
dux classis
Carthaginem
fugit, & a
senatu quaesivit
quid faciendum
censerent. Omnibus,
vt pugnaret,
adclamantibus:
Feci, inquit,
& victus sum.
sic poenam
crucis effugit.
Nam apud Poenos
dux male re
gesta puniebatur,
Duellio concessum
est, vt praelucente
funali, & praecinente
tibicine, a coena
publice rediret.

Hannibal senior, oram Italiae maritimam, instructa septuaginta nauium classe, vastabat. Classem magis validam.) Nam iussu Duellij, intra septuagesimum diem, centum triginta nauium classis fuit constructa Cornelius Asina, consul alter, sedecim nauibus Liparam insulam petiit, vbi Punica fraude captus, atque in vincula coniectus, ac tandem necatus est. quod cum intellexit Duellius, cum triginta nauibus aduersum Hannibalem profectus est. Commisso nauali praelio, Hannibal, amissa nauia qua vehebatur, scapha subductus, aufugit. Triginta naues eius, & vna captæ: tredecim submersæ, tria hominum milia occisa, septem milia capta fuerunt. Classes, hoc in loco nauium multitudinem significat. Et quas coruos vocauerunt.) Lege Appianum Alexandrinum, in quinto bellorum ciuiliū: Polybium in primo, & Cæsaré in primo de bello ciuili, Cæterum ab Agrippa, instrumentum hoc ad preliandum, vt ex propinquo pugnam conferent, est excogitatum. Qui victi & capti sunt.) apud Siciliam. Himilco dux classis.) Himilco repente pestilentia oppressum reliquum exercitum fere perdidit: quare queribundus se domum contulit, clausisque foribus, doloris impatiens, sibi mortem consciiuit. Carthaginem fugit.) Carthago, ante urbem Romam duos & septuaginta annos, ab Elissa condita inuenitur. Et à senatu.) Senatum, à senum ætate appellatum esse, Cic. in libro de Senectute scribit.

Sic pœnam crucis effugit.) Seruorum non ciuium. crux supplicium erat, quam ex arbore infelici fieri solitam, ex oratione Ciceronis pro C. Rabirio, coniciere licet. Fuit autem Carthaginensibus lege sancitum, vt qui maximi criminis reus ageretur, si fateretur admissum, impunitate donaretur. Nam apud Pœnos.) Pœnus, id est, Carthaginensis, à nomine Phœnix. fuit autem Phœnix Agenoris filius, Cadmi frater, qui Phœnicibus imperauit. Legem hanc Carthaginensium, tractat Alexan. ab Alex. lib. 4. cap. sexto. Puniebatur.) Ni admissum fateretur crimen. A cœna publice rediret.) Quia primus Romanorum ducum, naualis victoriae duxit triumphum, perpetuus hic honos illi est exhibitus, vt reuertenti à cœna, tibicines canerent, & funale præferretur. Itaque è conuiuio secundum consuetudinem abibat sine funali: neque cuiquam licebat Romæ, domum egredi præcedente funali: teste Plutarcho in Apophthegmatis. De eo scribit Val. Max. lib. 3. & Cic. lib. de oratore ad Brutum. Idem in Catone maiore: huncque Duellium, consulem fuisse anno ab Vrbe condita 419. Cic. in lib. Epistolarum nono scribit. Item Polybius de bello Punico primo de hoc Duellio multa commemorat.

De Attilio Calatino.

Cap. 39.

Attilius Calatinus dux Romanorum aduersus Carthaginenses missus, maximis, & munitissimis ciuitatibus, Aetna, Drepano, Lilybæo hostilia praesidia deiecit. Panormum cepit, totamque Siciliam peruagatus, paucis nauibus magnam hostium classem, duce Hamilcare, superauit. Sed quum ad Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, à Pœnis in angustiis clausus est, vbi Tribunus militum Calpurnius Flamma acceptis trecentis in superiore loco euasit. Consulem libe-

rauit. ipse cum trecentis pugnans cecidit, & postea ab Attilio semianimis inuentus & sanatus, magno postea terrori hostibus fuit. Attilius gloriose triumphauit.

A D V E R S V S Carthaginenses missus.) anno ab Vrbe condita 558. Lucio Manlio Vulscone, & M. Attilio Regulo c. o s s. Isque dictator fuit, in secundo bello Punico: qui extra Italiam dictator exercitum primus duxit, vt scribit T. Lilius libro 19. De hoc Attilio scribit etiam Val. Max. lib. 4. titulo de paupertate. Aetna.) Aetna Inofia prius dicta, mons & oppidum in Sicilia perpetuo lucens incendio. Motus autem ventorum, causa incendij est, Drepano.) Drepanum vrbs siue promontorium, à curuo situ instar falcis: *δρέπανος* enim falx dicitur: vel quia Saturnus, amputatis virilibus paternis, illuc falcem proiecerit, vt ait Strabo. Lilybæo.) Lilybæum alia Siciliae ciuitas est, & promontorium. Hostilia praesidia.) Praesidia garnitionem vulgo milites appellant. Panormum cepit.) Panormum in Sicilia ciuitas est. Toramque Siciliam.) Sicilia à Thucydide dicta Sicania, à pluribus Trinacria, aut Triquetra, à specie triangulari, de cuius situ leges apud Plinium lib. 3. cap. 8. Magnam hostium classem.) id est, naualem exercitum. Duce Hamilcare.) Hannibalis patre: qui occisus est ab Hispanis, anno ab Vrbe condita 517. Ad Camerinam.) Siciliae ciuitatem, quæ & Cameria dicitur. A Pœnis in angustiis clausus.) Attilius Calatinus temere in angustias deduxit exercitum, quas Pœnorum copiae iam dudum praestruxerant. Acceptis trecentis.) militibus expeditissimis, qui eo in praelio caesi sunt omnes. In superiorem locum.) id est, in terrae tumulum iam ab hostibus captum. Praesidio enim decedere apud Romanos capitale fuit. Consulem liberauit.) Attilium Calatinum Romanorum ducem. Pugnans cecidit.) Multa quidem accepit vulnera, sed cadaueribus obiectus viuis adhuc inuentus est. Historiam hanc fufius leges apud Liliium, decados terciae lib. 4. Attilius gloriose triumphauit.) Nam tertio cum Carthaginensibus confictu Romani victoria potiti sunt, multis vtrinq; submersis nauibus Attilius hic dictator fuit primo Punico bello, vt ait T. Lilius libro 19. De hoc autem Val. Max. lib. 4. titulo de paupertate, Attilium, inquit, qui ad eum accersendum à senatu missi erant, ad imperium populi Romani suscipiendum, semen aspergentem viderunt: sed illae rustico opere attrita manus, salutem publicam stabiliuerunt, ingentesque hostium copias pessunderunt. Is post triumphum agriculturam repetiuit, sepulchrum autem huius Calatini extra portam Capenam fuisse testatur Cicero libro Tusculanarum Quaestionum primo.

De Marco Attilio Regulo. Cap. 40.

Marcus Attilius Regulus Consul, fufis Salentinis triumphauit: primusque Romanorum ducum in Africam classem traiecit: quassatas, duce Hamilcare, naues longas tres & sexaginta accepit. Oppida ducenta, & hominum ducenta milia cepit. Absente eo, coniugi eius, & liberis ob paupertatem sumptus publicè dati. Mox

arte Xantippi Lacedæmonij mercenarij militis captus in carcerem missus, Legatus de permutandis captiuis Romã missus dato iureiurando, vt si non impetrasset, ita demum rediret, in senatu conditionem dissuasit: reiectis que à se coniuge & liberis, Carthaginem regressus, vbi in arcam ligneam coniectus, clauis introrsum adactis, vigiliis ac dolore punitus est.

F V S I S Salentinis.) Salentini, qui nunc Salernienses, vt ait Festus, à salo, id est, marditi sunt ab initio Cretenses, & Illyrici. M. hoc Attilio, Regulo & Lucio Iulio Libone c o s s. Salentinis in Apuleia bellum indictum fuit, captique sunt cum ciuitate simul Brundisini, & de his triumphatum est. In Africam.) Africa quasi sine frigore, tertia orbis pars est, quam Ptolemæus libro 4. tabulis quatuor describit, habet hæc regiones duodecim: Herculeo freta, ac Nilo à cæteris orbis partibus diducitur. Naues longas.) Longas naues hodie vulgus galleras appellat, quarum multa mentio est apud Ciceronem, Cæsarem, & reliquos receptos auctores, quorum ex verbis facillè colliges, longas naues remis incitari: onerarias verò nequaquam. Philostephanus apud Plinium in 7. naturalis historię, auctor est, Iasonem primum nauigasse longa naue. Oppida.) Vrbs nobilior, oppidum vilius, quod opis causa mœnibus cingitur, vt vult Pomponius iureconsultus. Sumptus publicè dati.) Sic senatus filiam Fabritij Lucini ab indotatis nuptiis liberalitate sua liberauit.

Mercenarij militis.) Mercenarius dicitur, qui mercedis gratia operam præstat, vt ait Cicero in lib. de Officiis primo. Stipendiarios, aut mercenarios vulgus appellat, eos, qui à regibus stipendia accipiunt. T. Liuius libro 24. Mercenarium militem appellat externum, qui mercedis causa militat. In carcerem missus.) Tunc Attilio Carthaginenses venenum dederunt nõ præsentaneum, sed vt tantisper viueret, quoad permutatio fieret captiuorum. Paulus Orofius libro quarto, cap. 7. triginta Romanorum milia prostrata fuisse scribit, ac cum Regulo quingentos fuisse captos. Romana missus.) Regulus scilicet, qui annos quinque iam captiuus fuerat. Dato iureiurando.) id est, data fide. Est autem iusiurandum, affirmatio religiosa: quod autem affirmatiuè, quasi deo teste, promiseris, id tenendum est. hæc Cic. libro de Officiis tertio. Conditionem dissuasit.) Quia captiui adolescentes & boni duces erant: Regulus verò iam senio confectus. Verum conditio (vt ait Sextus Pompeius) est denunciatio in diem certum eius rei quæ agitur. Reiectis à se coniuge & liberis.) Hunc nec charitas patriæ retinuit, nec suorum, sed iusiurandum conseruandum putabat.

Carthaginem regressus.) Vt suam liberaret fidem. Huius historię meminit Val. Max. lib. 1. de seruata religione. In arcam ligneam.) Longè aliud Reguli tormentum, leges apud A. Gellium lib. 6. cap. 4. Item Augustinus de ciuitate dei lib. 1. capitulo 15. huius Reguli mortem prolixè exponit. Tuditanus verò, diu somno prohibitum, atque ita vita priuatum dicit. Punitus est.) Cognita Reguli morte, nobilissimi Penorum captiui liberis Reguli à senatu dediti sunt, & in quosdam nobiles Carthaginensium, qui Romæ captiui erant, scuitum est. Auctores sunt Titus Liuius libro decimo octauo, Appianus in Libyco, Polybius libro primo & secundo de primo bello Punico, & M. Cicero in lib. de Officiis, & in Oratione contra Pisonem.

H ij

De Quinto Lucretio Catulo. Cap. 41.

Quintus Lucretius Catulus primo Punico bello trecentis nauibus aduersum Pœnos profectus, sexcētas eorum naues commeatibus & aliis oneribus impeditas duce Himilcone apud Aegathes insulas inter Siciliam & Africam depressit, finemque bello imposuit. Pacem petentibus hac conditione concessit, vt Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis intra Italiã, Africamque decederent: Hispania citra Iberum fluuium abtinerent.

QVINTVS Lucretius Catulus.) Catulorum honestissima familia Lucretiorum appellata nominibus: hoc autē Lucretio, & Aul. Manlio c o s s. diuersæ ignium aquarumque clades, penè absumpserunt urbem, anno ab Vrbe condita 508. Commeatibus.) Commeatus id significat, quod vulgo victualia belli appellamus. Oneribus impeditas.) Onerarias intellige naues, quæ essent oneri ferendo idoneæ, quas non solere remis agitari, testatur Cic. actione quarta in Verrem. Apud Aegathes insulas.) Harum insularum descriptionem lege apud Plinium lib. 3. Depressit.) Pugnatum est septimo Idus Martij: sexaginta tres Punicæ naues captæ: eentum viginti quinque demersæ, triginta duo hominum milia captæ: cæsa quatuordecim milia fuere: Romanorum autem duodecim naues submersæ. Lucretius deinde ad Eriçinam ciuitatem, quam Pœni tenebant, venit: ibique duo milia Carthaginensium: conferta pugna interfecit. Pacem petentibus.) A pactiōne pactum dicitur: vnde pacis nomen appellatur. Vlpianus verò, pactiōnem sic definit, duorum pluriūque in idem placitum & consensum. Vt Sicilia Sardiniaque.) Sardinia iusula est in Tyrreno seu Ligustico mari, à Sardo Herculis filio: qui è Libya veniens, cum multitudine colonorum insulam occupauit: quæ antea Sandaliois appellabatur, ab effigie sole, quam Græci sandalion appellant. Decederent.) pro impensis bellicis, puri argenti tria milia talentorum Euboicorum, æquis pensionibus per annos viginti penderet tuncque finitum est primum bellum Punicum, quod per annos 23. tractatum fuerat. Cæterum visitatus est apud Ciceronē decedere prouincia, vel ex prouincia, quam discedere. Hispaniam.) Hispaniæ latitudo decem milibus stadiis commensuratur: longitudo prorsus eadem esse censetur. Citra Iberum fluuium.) Iberus Hispaniæ fluuius, qui apud Cantabros oriens, per 40. passuum milia fluit, & in mare Balearicū exit: ab Ibero, rege sic dictus.

De Hannibale Carthaginensi duce. Cap. 42.

Hannibal Hamilcaris filius vndecim annos natus, à patre aris admotus, odiū in Romanos perenne iurauit. Exinde socius & miles in castris patris fuit. Mortuo eo causam belli quærens, Saguntum Romanis fœderatam intra sex menses euertit. Tum Alpibus pa-

refactis in Italiam traiecit, P. Scipionem apud Ticinum, Sempronium Longum apud Trebiam, Flaminiū apud Thrasymenum, Paulum & Varronē apud Cannas superauit. Quumq; urbem capere posset, in Campaniam diuertit, cuius deliciis elāguit. Et quum ad tertium ab vrbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus, primum à Fabio Maximo frustratus: deinde à Valerio Flacco repulsus, à Graccho & Marcello fugatus, in Africam reuocatus, à Scipione superatus, ad Antiochum regem Syriæ confugit, eumq; hostem Romanis fecit: quo victo ad Prusiam, Bythinia regem cōcessit. Vnde Romam legatione repetitus, hausto, quod sub annuli gemma habebat, veneno, absumptus est, positus apud Lybissam in arca lapidea, in qua hodie quoque inscriptum est,

HANNIBAL HIC SITVS EST.

HAMILCARIS FILIVS.) Hamilcar patre Carthaginiensi, matre Syracusana natus fuit. Aris admotus.) Aram tenentes olim Carthaginenses iurabant, quemadmodum Græci. Odium in Romanos.) Odium, vt ait Cicero libro Tuscul. Quæstion. 4. est ira inueterata. Perenne.) Nam annis sexdecim contra Romanos bellum cruentissimum gessit. Socius & miles, id est, non astringebatur legi militari, quam scribit Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 20. Saguntum.) P. Cornelio Scipione, & P. Sempronio Longo Coss. Saguntum Hispaniæ florentissimam ciuitatem in collesitam deleuit, cuius hodie parua monstratur vestigia. Saguntinorum cladem scribit Augustinus libro tertio cap. 20. & Val. Max. lib. 6. cap. 6. Romanis foederatam.) Foederati populi dicebantur hi, cum quibus populus Romanus amicitiam coierat, sociosque appellabant, redacti in formam prouinciæ. Intra sex menses euertit.) Nam Hannibal's exercitus erat centum milium peditum. Tum patefactis alpihus, id est, apertis. Nam patefacere quasi patentem facere, hoc est apertum, vt Grammatici putant denotat, verum Alpes sunt montes altissimi, qui Galliam Transalpinam à Cisalpina diuidunt: nunc verò promotis finibus termini sunt Italiæ, in longitudine centum milia passuum patent, à supero mari ad inferum, vel vt Liuius placet, tria milia stadiorum.

In Italiam traiecit.) Romam veniens Hannibal, Tusculanum petiit, nec receptus: quare Gabios descendit. P. Scipionem.) Africani patrem, qui tamen à filio seruatus est. Apud Ticinum,.) Ticinium hodie Papiæ dicitur. Apud Trebiam.) Trebia fluuius extra Placentiam. Flaminium apud Thrasymenum.) Flaminium vicit Hannibal nono Calend. Iulias, teste Quidio in Fastis. Cæterum Thrasymenus lacus, in agro Perusino, à Thrasymeno puero dictus: quem Aegyla nymphea rapuisse fertur. Tunc viginti tria milia Romanorum cecidere, hominum sex milia capta. Apud Cannas.) P. Terentij Varronis impatientia, quadraginta quatuor Romanorum milia,

apud Cannas Apuliae vicum ceciderunt. Consulares autem & praetorij viri viginti interfecti sunt: Senatores, vel capti vel occisi sunt triginta, nobiles viri trecenti: pedestrium militum quadraginta milia: equitum tria milia quingenti: Varro consul cum quinquaginta equitibus Venusium fugit. Quumque urbem capere posset.) Sciuit Hannibal vincere, non victoria uti, ut exclamauit Charthaginensis quidam Tarcha nomine: quanuis dictum hoc Liuius tribuat Maharbali. In Campaniam diuertit.) Campania Italiae regio, quae nunc terra laboris appellatur, fertilissima, vbi Capua, Neapolis & Cumae ciuitates sitae sunt. Decimo autem anno, postquam Hannibal in Italiam venerat, Cn. Fuluius & P. Sulpitius coss. de Campania mouit exercitum, & per Sidicinum agrum, via Latina, profectus ad Anienem fluuium, ibique castra fixit: sed grandine repulsus est. Cuius delitiis elanguit.) Quae dicantur delitiae, scribit Caesilius libro decimonono capite octauo. Caeterum homines languere dicimus eos, qui animi & corporis amisso vigore debilitantur. Tempestatibus, id est grandine: quanuis Seruius & Aul. Gellius libro duodecimo tempestatem, inter vocabula quae in utraque partem accipiuntur, dinumeret. Itaque tempestatem cum multis aliis in locis, tum apud Virgil Aeneid. i. tempestatem pro temporis serenitate dici attendimus. A Fabio Maximo frustratus, mora scilicet. Deinde a Valerio Flacco repulsus.) Quae ad huius historiae notitiam requiruntur, tradidit Plutarchus in vita Hannibalis. Et a Marcello fugatus, ob locorum angustiam: verum fugientis in bello poenam, leges apud Plutarchum in vita M. Craesi. In Africam reuocatus.) Hannibal, a suis redire iussus, ut subueniret patriae, quam Scipio vastabat, flets dicitur Italiam reliquisse. A Scipione superatus.) Scipionem Africanum intellige, de quo postea. Regem Syriae.) Syria regio est maioris Asiae, iuxta Iudaeam, in medio orbis sita: quo fit ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Bithyniae regem.) Bithynia regio non procul ab Asia minore, & Troiae proxima: primum Betrytia, postea Mygdonia, deinde a Bithynio, Bythynia dicta, quae etiam Pontus est appellata. Legatione repetitus.) Legatio erat aut publica, aut votiua, aut libera. hi autem Romani legati fuerant, Fabius Pamphilus, & Valerius Publicola, N. Claudio, & Quint. Fabio coss. Quod sub annuli gemma.) De varia & multiplici annulorum gestatione, scribit Alexand. ab Alexend. libro secundo capitibus 19. & 29. Veneno absumptus est.) A veneno dicitur putant nonnulli, quod in eas facile permanet. bibituro venenum Hannibal dixit, soluamus ingenti cura populum Romanum. Id postremo male habebat hominem, quod Romanis iam non posset aliquo pacto molestus esse. Apud Libyssam.) In Libyssina Bithyniae vico, sepultus est Hannibal, quanuis sepultura carerent qui mortem consciuerant sibi.

De Q. Fabio Maximo. Cap. 43.

Quintus Fabius Maximus Cunctator, ut Verrucosus a verruca in labris: ita Ouicula, a clementia morum. Consul de Liguribus triumphauit. Hannibalem mora fregit. Minutium magistrum equitum imperio aequari sibi passus est: & nihilominus periclitati subuenit. Hannibalem in agro Falerno inclusit. Manlium Statilium transfugere ad hostes volentem, equo & armis donatis retinuit: & Lucano cuidam fortissimo ob amorem mulieris infrequenti, eandem emptam dono dedit. Taren-

tum ab hostibus recepit. Herculis signum inde translatum in Capitolio dedicauit. De redemptione captiuorum cum hostibus pepigit: quod pactum quum à Senatu improbaretur, fundum suum ducentis milibus vendidit, & fidei satisfecit.

QVINT. FABIVS Maxim. Cunctator.) Post calamitatem quam acceperunt Romani, apud Cannas, creatus imperator Quint. Fabius Maximus, cum Claudio Marcello viro audaci: Fabius potius sperabat futurum, ut si pugna abstineret, Hannibalis exercitus ductu temporis deficeret. Id sentiens Hannibal, dixit se magis formidare Fabium quiescentem à pugna, quam Marcellum pugnantem. Ut Verrucosus à verruca.) Verruca est præeminens caro, seu tuberculum: vulgo porrus appellatus. Ocymum mixto atramento sutorio verrucas tollit, Plinio teste. Ita ouicula.) Ouium ingenium simplex est, & mansuetum: siquidem est omnium quadrupedum inertissimum. Ovis naturam tradit Plinius libro octauo. Quare Fabius est cognominatus, lege Alexand. ab Alexand. libro primo cap. decimosextimo. Consul de Liguribus.) Quinquies Consul fuit. verum Liguria prima Italiae regio, pro maiore parte montosa, inter amnes, Macram, & Varum: ab altera parte habens Apenninum, ab altera Padum, Thusciam attingens, cuius caput est Genua, à qua Ligustica ora & mare Ligusticum: dicta Liguria à Ligisto Phaetontis filio, de qua Strabo lib. 4. & Boccatius lib. 7. cap. 42. Hannibalem mora fregit.) Quare Cunctator est dictus. Minutium.) Quum Minutius hostium insidiis septus, in summo esset periculo, ne cum suis copiis periret, Fabius è monte mouens exercitum, venit illi auxilio, multisque trucidatis hostibus, ipsum eripuit. Imperio, id est, dictatura: summum etenim apud Romanos dictatura fuit imperium. In agro Falerno.) Falernus ager in Campania vini bonitate, à Latinis scriptoribus celebratur. Equo & armis donatis.) Eiusmodi dona militaria leges apud Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8. quibus virtutis gratia milites donabantur, erantque virtutum inuitameta. Et Lucano cuidam.) Contra legem militarem, à castris sapius abnoctabat Lucanus. ob amorem cuiusdam foeminae. Cæterum errata antè bene gestis Fabius condonauit. Tarentum.) Quid Tarentum, scripsimus antea, & plura Iustin. lib. 3. Herculis signum.) Signa, id est, imagines cereæ, argenteæ, aureæ, etiam marmorariæ: quæ apud veteres magno in pretio fuerunt. Plura Plutarchus in vita huius Qu. Fabij Maxim. Dedicauit.) Dedicacionis ceremonias scribit Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 24. Quod pactum.) Pactorum duo genera sunt, in rem, vel in personam: quid pactum quid pactio, quid pax, à nobis antea dictum est. Fundum suum.) auctore Florentino Iurisconsulto lib. Digestorum quinquagesimo, de verborum & rerum significatione, fundi appellatione omne ædificium, & omnis ager continetur. Et fidei satisfecit.) Satisfacere dicimur ei, cuius desiderium adimplemus.

De P. Scipione Nasica.

Cap. 44.

Publius Scipio Nasica à senatu vir optimus iudicatus, matrem deum hospitio recepit: quum aduersum auspicia Consulem se à Graccho nominatum comperisset, magistratu se abdicauit. Censor statuas, quas sibi quisque per ambitionem in foro ponebat, sustulit. Cõsul Del-

minium urbem *Dalmatarum* expugnauit. Imperatoris nomen à militibus, & ab senatu triumphum recusauit oblatum. *Eloquentia* primus, *iuris scientia* consultissimus, *ingenio sapientissimus* fuit: vnde vulgo *Corculum* dictus.

P. SCIPIO NASICA.) Is fuit Scipionis Africani frater, & Cn. Scipionis filius. Constat autem familiæ Corneliorum cognomentum Scipionum inditum esse, ex eo quòd Cornelius, qui patrem luminibus carentem, pro luminibus regebat, Scipio cognominatus, nomen ex cognomine posteris dedit. *Nasica* verò à maioribus naribus dictus est. **A Senatu.)** Senatum à senum ætate appellatum esse Cicero in libro de Senectute scribit. **Quintilianus** tamen libro primo & **Dionysius Halicarnassensis**, negant sibi certum esse, an propter senectutem, an propter virtutem, appellatus senatus sit. Nam seniores & optimos Latini prisca senes appellare solebant. **Matrem deum.)** Cybelem ex Pessinunte suscepit, & in æde Victoriæ (quæ in palatio sita erat) collocata est, pridie idus Aprilis: **M. Cornelio Cethego**, & **P. Sempronio Tuditano** coss. Hospitio recepit.) Hospitalitas amicorum erat, non eorum qui cauponas meritis orias haberent. **Quum aduersum auspicia.)** Apud Romanos veteres ne priuatim quidem quicquam gerebatur, nisi auspicio prius sumpto, vt scribit **Valerius Maximus** libro secundo de institutis antiquis. **Rursum** **Aul. Gell.** libro decimo tertio cap. decimo quarto ex **Messalæ** sententiâ tradit auspiciores duo genera fuisse: maiora, quibus maiores fierent magistratus, vt consules, praetores, censores: minora, quibus reliqui magistratus fierent. Idem ea de re libro decimo quinto cap. 27. & **Cicero** in libro de Legibus. **A Graccho.)** Quem in vrbe seditiones molientem interemit. Magistratu se abdicauit.) Abdicare hoc in loco significat renunciare: quod ad magistratum pertinet, vulgo quictare officium dicimus. **Per ambitionem.)** Ambitio est honoris affectatio. Sunt autem duo ambitionis genera: vnum, cum quis gerens magistratum operam dat, vt quod vtile & gratum populo sit, efficiat: alterum, cum quis petens magistratum, largitione populum corrumpit. **In foro ponebat.)** Forum Romanum intellige, quod & Latinum, & vetus est appellatum, inter Capitolium & Palatium situm: eoque in loco Romani magistratus, finito honoris tempore, imperij insignia deponebant: ibique fracturum nauium rostra, & alia huiusmodi affigebantur. Itaque nullus locus ad statuâ quidem rostris clarior fuit, vt scribit **Tullius** in oratione pro **Deiotaro**. Item **Liuius** libro quarto ab Vrbe condita, & **Plin.** lib. 34. asserunt statuas fori ornamenta fuisse, quamuis multas multis in locis Romæ, & extra urbem positas fuisse constet, in foro tamen plurimas. **Vrbem Dalmatarum.)** Dalmatia Illyrica regio, contermina Liburniæ, versus occasum: hodie Sclauia dicitur. **Imperatoris nomen.)** Nomen imperatoris, olim praetoribus magnarum laudum titulus fuit: postea illis accommodatum, quorum auspiciis pacta pace, & imperio aucto, decem, aut vndecim milia hominum, vno prælio cecidissent: sic **Cicero** sic **Metellus** prefligatis apud **Amanum** **Parthis**, imperator est appellatus. **Triumphum recusauit oblatum.)** **Corfica** & **Sardinia** urbibus deuictis, **Caio Aquilio Floro**, & **L. Scipione** coss. Per eundem **Nasicam** Hispaniæ principes, qui rebelabant, supplicio consumpti sunt, urbibus dirutis, **Caio Lælio**, & **L. Domitio** coss. lege apud **Alexand.** ab **Alexand.** lib. 6. cap. 6. quinam apud Romanos triumphum recusarint. **Eloquentia primus.)** De **Nasica** laudibus apud **Plutarchum**, & **Plinium** libro 7. cap. 34. plura leges. **Ingenio sapientissimus.)** **Cicero** lib. de Orat. 2. Quum ad inueniendum, inquit, in dicendo hæc tria sint, Acumen, ratio, & diligentia: non possum quidem non ingenio primas concedere, sed tamen ipsum ingenium diligentia etiâ ex tarditate incitat. Idem paulò post, Inter ingenium quidem & diligentiam per paululâ loci

reliquum est arti. Ars demonstrat tantū vbi quæras atque vbi sit illud quod studeas inuenire: reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore, diligentia, qua vna virtute reliquæ virtutes continentur. Vnde vulgo Corculum dictus) Ob morum temperantiam, vt testatur Cicero libro Tuscula. I. & Nasica ille prudens bis consul, Corculum appellatus. Itaque Corculum dicebant antiqui solertem & acutum. Item Plinius libro 7. Catos, corculos apud Romanos cog nominatos esse refert, qui sapientiam præstiterunt.

De Marco Marcello.

Cap. 45.

Marcus Marcellus Viridomarum Gallorum ducem singulari prælio fudit, spolia legit apud Nollam. Hannibalem primus, locorum angustia adiutus, vinci docuit. Syracusas per tres annos expugnauit. Et quum per calumniam triumphus ei à senatu negaretur, de sua sententia in Albano monte triumphauit. Quinques Consul, insidiis Hannibalis deceptus occubuit, & magnificè sepultus. Ossa Romam remissa, à prædonibus intercepta perierunt

M. MARCELLVS.) Marcellorum familia plebeia fuit. Is Marcellus, est qui populi Romani ensis, vt Fabius scutum appellatus est, vt ex Possidonio Plutarchus in vita Fabij scribit. Viridomarum Gallorum ducem.) Gallos iuxta Padū vicit, interfecto Viridomaro duce, quem Briomatum Plutarchus appellat. Mediolanum præterea expugnauit. Singulari prælio.) Singulare id est solum, & vnicum. Apud Nollam) Nola est vrbs vetustissima, & in historiis celebrata, quam Iustinus ab Iapygis conditam fuisse asserit, cuius agrum fuisse fertilissimum, in Bucolicis scribit Virgilius. Nola alio nomine Theanum Sidicinum appellatur, & in Appia via sita fuit, vt scribunt Plinius lib. 3. & Strabo libris 5. & 6. Hannibalem primus) Hannibal dicere solebat, sibi rem esse cum hoste, qui nec victus, nec victor nosset quiescere Lege Plutarchum in vita Marcelli & Hannibalis: tunc) Marcellus longiora pila militibus distribuerat, quò ferirent vehementius, Nam Carthaginenses breuioribus & minus habilibus utebantur.

Syracusas) Anno ab Vrbe condita 543. Syracusas opulentissimam Siciliae ciuitatem oppugnatione 2. vi cepit. Et cum per calumniam,) A caluendo, id est decipiendo, dicta est calumnia, & calumniam pro malitiosa & nimis callida iuris interpretatione, Cicero dixit in lib. de Offic 2. In Albano monte triumphauit) Albanus mons nõ procul ab vrbe, inter Albam & urbem Romam tractu fere pari disiunctus. Cæterum quoties Romæ negaretur triumphus, in monte Albano triumphare moris fuit. Ibi que primus M. Papyrus Masso triumphauit. Insidiis Hannibalis.) Anno vndecimo secundi belli Punici, M. Claudius Marcellus sexagenarius, & T. Quintius Crispinus consules designati sunt. Hi que tantas habuerunt militum copias, vt diffideret Hannibal se campo aperto, cū his configere posse: quidam tamen erat colliculus sylua densa inter consulum & Hannibalis castra. eò dimisit Hannibal equitatum Numidicū, vt in eo considerent qui interciperent Rom. si qui forte vagarentur: consules mirati quod locum hunc Hannibal non præoccuparat, vt loci naturam explorarent,

proficiscuntur, in insidias præcipitati funduntur fuganturque. Crispinus vulneratus fugit, paucis post diebus interiit. Ibi Marcellus interemptus est. Et magnifice sepultus.) Marcelli corpus Hannibal splêdide ornatû cremavit, postea reliquias in urnâ argenteam conditis, coronam imponens auream, ad filium eius mittendum curavit, vt scribit Liuius libro vigesimo sexto, & Plutarchus in vita Hannibalis, & Marcelli. Plinius libro 7 capite 25. scribit hunc Marcellum, vnde quadragies dimicasse, quem solus Iulius Cæsar transgressus est. Nam collatis signis Iulius ille Cæsar quinquages dimicauit.

De L. Claudia virgine Vestali.

Cap. 46.

Hannibale Italiam deuastante, ex responso librorum Sybillinorum, mater Deûm è Pessinunte accersita, cum aduerso Tyberi veheretur, repente in alto stetit: & quum moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castissimæ demum foeminæ manu moueri posse. Tû Claudia virgo Vestalis falsò incestu suspecta deâ orauit, vt si pudicâ sciret, sequeretur. Et zona imposita nauē mouit. Simulachrû matris deûm adduxit, tēplum ædificauit Nafica, qui uir optimus iudicabatur.

HANNIBALE. Italiam deuastante) Cybeles aduectionis rationem alteram tradit Liuius vndetrigesimo lib. P. Scipione, cui Africano paulo post cognomen fuit, & P. Licinio Crasso cos. Atqui vastare ciuitatem, aut agros dicitur is, qui ciues aut colonos occidit, aut per superbiam, auaritiam, aut crudelitatem perfergere cogit.

Ex responso librorum Sybillinorum) P. Scipione, cui Africano paulo post cognomen fuit, & P. Licinio Crasso Cos. anno secundo belli Punici, crebrius de cælo lapidibus pluebat, eam ob rem, libros Sybillinos, decem uiri inspexerunt, ex quibus hi versus relati sunt, Mater abest, matrem iubeo Romane requiras, Cum ueniet, casta est accipienda manu. Verum anus quædam, Tarq. Superbo, Sybillę tres libros ære magno uendidit, ex uitis sex reliquis. ad quos quasi ad oraculum quindecim uiri adibant, cum dii immortales erant publice consulendi Hi quidem libri ad Cornelium usque Syllâ maffere incolumes: tûc enim incêso Capitolio, cû omnia perflagrarent, ipsi pariter consumpti sunt. Siti enim erant in Capitolini Iouis templo, in arca lapidea loco subterraneo, magna cura studioque seruati. Hac de re plura Aulus Gellius libro primo capite decimonono. Commemoratur tamen quidam Abbas Vspergensis, hæc acta fuisse sub Seruio Tullio rege Romanorum sexto, quod prorsus alienum esse à ueritate nemo non uidet.

E Pessinunte accersita.) Per hos tres legatos M. Valerium, Lucium Eminium, & Caium Cæcilium Galbam, & per quæstore duos, Cn. Tremellium Flaccum & M. Valerium Faconem. Pessinus, uitis, emporium Phrygiæ habens tēplum maximum magnæ uenerationis matris deûm, quam Andigistam uocant, Strabone teste. Sacri huius lapidis quem deûm matrem credebant incolæ, translationem negabat Attalus rex Asiæ. Ipsa autem respondit, Volui peti, Romamque, quod deorum omnium dignum domicilium est, deduci. Qua re perterritus Attalus, Romanis statim simulachri translationem concessit. Falsò incestu) Incestum dici tam in quarta, quam in secunda declinatione, Aulus Gellius scribit libro decimotertio capite vigesimo.

Incestus, autem est consanguineorum vel affinium abusus. Incestum à Græco tractum Sextus Pompeius scribit, Nam illi facinus dicunt Aniceston. Suspecta) Suspicio res certa non est, Nam vsu sæpe venit, vt ad innocentem suspicio perueniat. Deam orauit) Virgo ad pedes simulachri procubuit, orans vt huius suspensionis falsæ veritas cognosceretur. Tandem puellæ ductu parum admodum conantis, illa Romam peruenit.

Et zona imposita) ζώνη cingulum est. è cingendo cingulum à Latinis dicitur: quod à cingula Seruius distinguit, quòd hæc iumentorum sit, illad hominum, Corrigiam appellat Cicero libro de Diuinatione secundo. Templum ædificauit Nasica) Sub finē anni M. Liuius, & C. Claudius censores, magnæ matris ædem in Palatio faciendam locauerunt: decimotertio anno postquam locata erat, dedicata est: Ludi ob dedicationem eius facti, quos primos scenicos fuisse Valerius Antias est author Megalesia appellatos, vt scribit Liuius libro trigésimosexto, & Alex. ab Alex. lib. 6. ca. 19.

De Marco Portio Catone.

Cap. 47.

Marcus Portius Cato genere Tusculanus, à Valerio Flacco Romam sollicitatus, Tribunus militū in Sicilia, Quæstor sub Scipiōe fortissimus, Prætor iustissimus fuit. In prætura Sardinia subegit. vbi ab Ennio Græcis literis institutus, Cōsul Celtiberos domuit. Et ne rebellare possent, literas ad ciuitates singulas misit, vt muros diruerent, quum vnaquæque sibi soli imperari putaret, fecerunt. Syriaco bello Tribunus militum sub Marco Attilio Glabrione occupatis Thermopylarum iugis, præsidium hostium depulit. Censor L. Flaminium consularē Senatu mouit, quòd ille in Gallia cuiusdam scorti spectaculum, eductum quendam è carcere in conuiuiuo iugulari iussisset. Basilicam suo nomine primus fecit. Matronis ornamenta erepta, Oppia lege repetentibus restitit. Accusator assiduus malorum Galbam octogenerarius accusauit. Ipse quadragies quater accusatus, gloriose absolutus, Carthaginem delendam censuit. Post octoginta annos filium genuit, Imago huius funeris gratia produci solet.

M. P O R T I V S Cato) Catones, id est cati, & sapientes. Catonum originem tradit Aulus Gellius libro decimotertio, capite 18. Cur Portius sit dictus, scribit Plutarchus in eius vita. Primo Marcus Portius Priscus appellatus est, postea Cato dictus est, idemque senex sapientiæ nomine illustratus est: & tandem Censorius est à Censura

C. PLINII.

vocitatus. **A Valerio Flacco**) Cum quo creatus est consul & citeriorem fortitus est Hispaniam. **Tribunus militum in Sicilia**) **Tribunorum** militarium duo sunt genera. Primum illorum, qui **Rufuli** dicuntur: hi que in exercitu creari solebant. Alij comitiati, qui **Romæ** in comitiis designabantur. De quibus **Liuius** multis in locis & **A. Sconius Prædianus**. **Quæstor sub Scipione**) **Quæstori** cum consule magna fuisse necessitudinem scribit **Cicero** **Actione tertia in Verrem**. **Prætor iustissimus**) Huius **Catonis** fortitudinem, & æquitate[m] describit **Plutarchus** in illius vita. **Ciceronis** ætate, **Consules**, & **Prætores** designati, inibant magistratum **Calendis Ianuariis**, sed circa bella **Punica**, & antea, **Idibus Martiis** inibant. **Prætorum** autem qui in vrbe manerent, duo genera fuerunt. Alij **caussis publicis**, alij **priuatis** præerant: vt hodie alios **ciuilibus causis**, alios **criminosis** præfectos esse videmus. **Prætorum** autem incertus fuit numerus. **Tot enim erant, quot prouinciæ**. **Sardiniam** subegit.) **Sardiniam** insulam frumenti fertilissimam fuisse, scripsimus antea. **Vbi ab Ennio**) quem summum poëtam multis in locis appellat **Cicero**, hic **Rudiis** natus fuit in vetusto **Calabriæ** oppido, vt scribit **Silius** libro 12. in **annalibus**. De **Scipionis** **Aphricani**, de **Catonis**, de **Fabij** **Maximi** de **M. Marcelli**, de **M. Fuluij** nobilioris rebus gestis scripsit **Ennius**. Est que mortuus anno 65. **Marci** **Catonis**. **Consul Celtiberos domuit**) **Consul** fuit anno 36. **Verum Celtiberi**, **Hispaniæ** populus. **Cum** autem non venissent **Celtæ** ad **Iberum** **Hispaniæ** fluuium, ibique confedissent, retenta **primi** nominis parte, & assumpta parte fluminis, iuxta quod confederant, **Celtiberi dicti sunt**. **Occupatis Thermopylarum iugis**) De **Thermopylis** dictum est alibi. **Iugum** est montis cacumen. **Præsidium hostium depulit**) **Hostium**, id est, **Antiochi** **Syriæ** regis, qui habuisse fertur **armatorum** sexaginta milia: ex quibus 40 milia cæsa: **capta** autem plusquam quinque milia referuntur fuisse. **Censor**) **Petens** censuram annos decem post **Consulatam**, plus valuit obiurgando, quam blandiendo cæteri **competitores**, & **Censuram** cum eo gessit **Flaccus**. **L. Flaminius**) **T. Quintij** **Flamini** fratrem. **Consularis**) id est, septem annis postquam **consul** fuisset. **Senatu mouit**) De **Censorum** potestate, satis multa **Budæus** in **Pandectas**, & **Alex.** ab **Alex.** lib. 3. ca. 13. Itē **Val. Max.** **Titulo** de nota **Censoria**, & **Gellius** libro septimo, capite vltimo. **Quod ille in Gallia**) **Flamini** **consuli**, forte obuenerat **Liguria** prouincia. **Ad cuiusdam scorti spectaculum**) **Liguriam** profectus, **Placentiæ** formosam mulierem in conuiuium accersiuit, qui vt scorti votis satisfaceret, quendam ex damnatis carcere extractum securi percussit. **Illud idem** scribit **Cicero** in **Catone** & **Liuius** vnde quadragesimo libro ex **authoritate** **Valerij** **Antiatij**. **Liuius** in bello **Macedonico** scribit **M. hunc** **Catonem**, in **Censuram** fecisse **atria** duo, **Martium** & **Titium** in **Latuiniis**. **Basilicam suo nomine**) **Basilica** locus est amplior publicus, sub tecto, vbi **consilia** **priuata**, & **iudicia**, & **arbitria** conficiebantur. **Primus** fecit) **Ex pecunia** publica magno sumptu foro vicinam construxit **Basilicam**, eamque **Porciam** appellauit, teste **Plutarcho**, cuius hodie adhuc nonnulla **Romæ** visuntur vestigia, vt scribit **Blondus** de **Roma** triumphante. **Oppida lege**) **M. Oppius** & **T. Romuleus** **Trib.** plebis, vrgente **Punico** bello. **Qu. Fabio** & **T. Sempronio** **Consulibus**, legem hanc tulerunt, ne superfluo ornatu mulieres **Romanæ** vterentur. **Restitit**) **Dicens** hæc, **Maiores** nostri nullam, ne **priuata** quidem rem, agere **foeminas** sine **authoritate** voluerunt, in manu esse **parentum**, **fratrum**, **virorum**. **Hæc** **Liuius** libro **trigesimo** quarto **Accusator assiduus**) **Nam** moribus **populi** **Romani** regendis præerat **Censor**. **Galbam octogenarius accusauit**) **Obiit** **Cato** 85, suæ ætatis anno. **Quare falli videtur** **Plutarchus**, qui à **Catone** **nonagenario** **Galbam** scribit **accusatum**: sed **Liuium** sequitur, qui libro **trigesimo** nono idem sentit. **Apud** **Ciceronem** de **Claris** **Oratoribus**, huius rei veritatem comperies. **Ipsè** **quadrages** quater **accusatus**) **Odius** enim erat magistratus quem gerebat. **Carthaginem delendam censuit**) **Cum** **senatu**, repugnante tamen **Scipione** **Nasica**. **Filium genuit**) **Ex** **Salonij** **Clientis** sui **filia**, **M. Catonem** **Sal-**

Ionianum genuit, vt scribit Aulus Gellius lib. 13. cap. 10. Huius curam & studium in liberis educandis scribit Alexand. ab Alexand. lib. 2. cap. 25. Plutarchus in eius vita, & Plinius libro septimo cap. decimoquarto. Imago huius.) Conspiciens multorum erigi statuas, Malim inquit, vt de me quærant homines, quare Catoni non sit posita statua, quàm quare sit posita: sentiens se malle res præclaras gerere, vt olim scientes illum properuisse statuam mirentur non esse positam.

De Claudio Nerone, & Hasdrubale fratre
Hannibalis. Cap. 48.

Hasdrubal frater Hannibalis ingentibus copiis in Italiam traiecit: actumque erat de Romano imperio, si coniungere Hannibali copias potuisset. Sed Claudius Nero, qui in Apulia cum Hannibale castra cõiunxerat, relicta in castris parte, cum delectis ad Hasdrubalem properauit: & se Liuius collegæ apud Scenam oppidum, & Metaurum flumen coniunxit: amboque Hasdrubalem vicerunt. Nero regressus, pari celeritate qua venerat, caput Hasdrubalis ante vallum Hannibalis proiecit. Quo ille viso, vinci se fortuna Carthaginis confusus est, ob hæc Liuius triumphans, Nero ouans urbem introierunt.

HASDRUBAL frater Hannibalis.) Is Carthaginem, quæ nunc Carthagera dicitur, condidit teste Pomponio Mela libro secundo capite sexto. In Italiam traiecit.) Vt Hannibali Italiam deuastandi succurreret. Proprium autem est nauarum traicere. Copias, id est, exercitum Carthaginensium, estque in hoc significato vulgatisimum. L. Cæcilio Metello, & C. Furio Coss. Hasdrubal cum elephantis centum, & 30. & equitum peditumque 20. milibus in Italiam venit ex Africa. Sed Claudius Nero) Nero, vt ait Gellius lib. 13. cap. 21. virtutis & fortitudinis nomen fuit. Relicta in castris parte.) Romanorum militum scilicet. Qui in Apulia) Apulia hodie vulgo Lapulla dicitur. Cum delectis, id est, deputatis militibus. Ad Hasdrubalem properauit.) Festinare & properare ita nonnulli diuidunt, vt si quis quid mature transigit, properet. qui vero multa incipit, nec perficit, festinare dicatur. Et se Liuius collegæ.) Is collega Liuius Salinator (de quo paulo inferius) inimicissimus erat Claudio Neroni. Apud Senam oppidum. Sena nomen est ciuitatis in Thusciam, quam Brenus Gallorum dux senibus, valetudinariisque armentis extruxit, anno ante Christum natum 362. Distabatque à Romana ciuitate stadiis octingentis. Et Metaurum flumen.) Metaurus Umbriae fluius, in Flaminiam decurrens. Hasdrubalem vicerunt.) Tunc caesa referuntur hostium quadragintaquinque milia. Pari celeritate.) Celeritatem in imperatore plurimum valere, scribit Cicero in oratione pro lege Manilia. Ante vallum.) Vallum pallificata munitio castrorum, sic dictum, quod ex vallis fiat. Liuius triumphans, Nero ouans.) In triumpho macabantur boues: & oues in ouatione. Cæterum quibus

de causis ducibus liceret ouare, & in quibus ouatio differat à triumpho scribit Alex.
ab Alex. lib. 6. cap. 17.

De Publico Cornelio Scipione Africano. Cap. 49.

Publius Scipio ex virtutibus cognominatus Africanus, Iouis filius creditus. nam antequam conciperetur, serpens in lecto matris eius apparuit. Et ipsi paruulo draco circumfusus nihil nocuit. In Capitolium in tempesta nocte eunti, nunquam canes allatrauerunt. Nec hic quicquã prius cœpit, quàm in cella Iouis diuissime sedisset, quasi diuinam mentem accepisset. Decem & octo annorum patrem apud Ticinum singulari virtute seruauit. Clade Cannensi nobilissimos iuuenes Italiam deserere cupientes, sua autoritate compescuit. Reliquias incolumes per media hostium castra Canusium perduxit. Viginti quatuor annorum Prætor in Hispaniam missus, Carthaginem, qua die venit, cepit. Virginem pulcherrimam, ad cuius aspectum concurrebatur, ad se vetuit adduci, patrique eius ac sponso restitui iussit. Hasdrubalem, Magonemque frares Hannibalis, Hispania expulit. Amicitiam cum Syphace Maurorum rege coniunxit. Masinissam in societatem recepit. Victor domum regressus, Consul ante annos factus, concedente collega, in Africã classe traiecit: Hasdrubalis & Syphacis castra vna nocte perrupit. Reuocatum ex Italia Hannibalem superauit. Victis Carthaginensibus leges imposuit. Bello Antiochi legatus fratri fuit. captum filiũ gratis recepit. A Petilio Actæo Tribunoplebis repetundarum accusatus, librum rationum in conspectu populi scidit. Hac die, inquit, Carthaginem vici: quasi bonum factum, in Capitolium eamus, & diis supplicemus. Inde in voluntarium exilium con-

cessit, vbi reliquam egit ætatem. Moriens ab vxore petiit, ne corpus suum Romam referretur.

COGNOMINATVS AFRICANVS.) Is primus Imperator, nomine victæ à se gentis est nobilitatus, vt ait T. Liuius libro tricesimo. Scipionum familiam tradit Alexand. ab Alexand. libro secundo capite vndecimo. Serpens in lecto.) Apertissimè hanc narrat historiam Aulus Gellius libro septimo capite primo. Nunquam canes allatruerunt.) In templis olim canes asseruabantur, quos sacrilegis tatum allatrare fama ferebat. Quam in cella Iouis.) Cella præter notas significationes, pars templi sacratior erat, in quam ingredi non erat fas. Vnde apud Gell. legitur hunc Scipionem in Capitolium venisse, iussisseque Iouis Cellam aperiri, ibique diu solum demoratum fuisse. Decem & octo annorum.) Scipio decem & septem natus annos, stipendia facere cœpit. Patrem.) Huius pater fuit P. Scipio, ex Corneliorum gēte, cum quo primum Hannibal, signa in Italia contulit, qui paucorum dierum interuallo in Hispania cæsus occubuit. Apud Ticinum.) Ticinum hodie Pavia vocitatur,

Clade Cannensi.) Per Cannensem cladem intellige miseram illam & luctuosam bellorum ciuiliū Syllæ & Marij dissensionem, & Syllanam proscriptionem. Sua autoritate compefcuit.) Nam districto gladio eos deterruit, quo tempore à Romanis quatuor in locis pugnabatur. In Italia contra Hannibalem, in Hispania cōtra Hasdrubalem fratrem eius, in Macedonia contra Philippum, & in Sardinia contra Sardos. Canusium perduxit.) Canusium Apuliæ oppidum, vbi lana est laudatissima, quæ Canusina dicitur. Viginti quatuor annorum Prætor.) Magistratum gerendorum ordo Romæ quidam obseruabatur. Primo enim gerebatur quæstura, post ædilitas, ædilitatem sequebatur prætura, post præturam gerebatur consulatus: postrema erat censura. Prætor autem omnis magistratus erat, cui pareret exercitus. tunc L. Licinio Lucullo, & Aulo Posthumio Albino Cofs. Censores, theatrum lapideum in vrbe construi iusserant: quod ne fieret hic Scipio grauisima oratione obstitit. In Hispaniam missus.)

Ex Italia decedens, cum decem milibus peditum, triginta nauium classe (omnes autem quinqueremes erant) in Hispaniam profectus est. Carthaginem qua die venit, cepit.) Cæsa aut capta ex Carthaginensium copiis, supra quadraginta milia hominum à Romanis fuerunt: & quingentas naues crematas quidam scribunt auctores. Inuēta autē sunt in Hannibalis castris argenti pondo 20. milia auri nōingēta, & ita Hannibalem tot regionibus victorem, tandem Romana fregit virtus. Virginem pulcherrimam.) Historiam hanc prolixè tractat Plutarchus in huius vita.

Amicitiam cum Syphace.) Hunc Syphacem vincum catenis ad se perductum, spoliis ingentibus, plurimisque captiuis Romam deducendum, Caio Lælio tradidit, quem superauerat 8. Kalend. Iulij, vt scribit Ouidius Fastorum 6. Maurorum rege.)

Mauritania Africæ regio est extrema, versus Gaditanum mare. Masinissam.) Masinissa Numidarum rex fuit. Consul ante annos factus.) Biennio post Præturam consulatum gerere licebat, nec citius, vt ostendit Cicero in Rullum. Nec cuiquam apud Romanos licebat, consulatum petere ante vicesimum quintum annum.

Concedente collega.) Huius collega M. Seruius fuit. In Africam.) Transitum Scipionis in Africam, leges apud T. Liuium libro 29. & Silium libro 7. Hasdrubalis & Syphacis castra.) Castra propè Gesulam flumen posita erant, haud procul ab Utica, Scipio noctu concubia iussit incendi. Poeni trepidi cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum concurrunt, quare ab armatis facillè superati sunt, hostiū quadraginta milia igni ferroq; consumpta sunt, capta quinque milia. Legatus fratri fuit.) Legatum bellicum intellige, quæ imperatoris vicarium, & locū tenentē vulgo dicunt. Huius autē frater fuit Lucius Scipio Asiaticus. Captum filium gratis recepit.) Idē ait huius libri capite quinquagesimo quarto. Hicq; filius Valetudinarius est cognomina-

tus, ob infirmam, & tenuem corporis valetudinem. Itaque Aemilianum L. Pauli filium ex filia nepotem, in familiam, nomenque adoptauit Africanus. cuius meminit hic auctor, capite 58. A Petilio Actæo.) L. Lentulo, & Manlio Accidio prouincia tradita Romam rediit Scipio: ferturque infamiae notam subiisse, quod pecuniam in populum ludis publicis iecisset, velut illis muneribus aurem popularem aucuparetur. Quare fortassis repetundarum accusatus, quasi alienas pecunias, aut vi aut dolo expilauisset. Repetundarum autem causam multiplicem esse scribit Quintilianus. (Tribunopleb.) Tribunorum plebis potestatem tradit Alex. ab Alexand. lib. 5. cap. 2. Librum rationum.) Rationum liber vulgo registrum appellatur. Hac die inquit.) Nil ad crimina respondit. tantum hoc dixit, hoc die Quirites Hannibalem & Carthaginem deuici: proin ipse sumpta corona in Capitolium ascendit, Ioui opt. max. sacrificaturus. Cæterum quæ delictorum pœnæ fuerint scribit Alexand. ab Alexand. lib. 3. cap. 5. In Capitolium eamus) vbi deorum omnium simulachra fuerunt. Et diis supplicemus.) Supplicationes erant sacra, quibus diis publicè, ob rem bene gestam, gratiæ agebantur. In voluntarium exilium.) Exilij tria esse genera tradit Marcel. iuriconsultus, sed quarta hæc est exilij species, cum nullam ad exilij scditatem damnamur: sed sponte ad vitandas inter populū seditiones, migramus aliò. Vbi reliquam egit ætatem.) Primus qui quotidie barbam rasitaret, hic Africanus traditur. Nā apud Romanos, ab Vrbe cōdita ad annum 454. iuuenes pariter ac senes intonsos fuisse liquet. Obiit 4. & 50. suæ ætatis anno. De cuius morte, diuersas auctorum opiniones lego. Alij Romæ mortuum esse contendunt. In cuius rei fidem, monumentum ad portam Capenam ei factum, & treis statuas superlocatas ferunt. quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur fuisse: tertia Quinti Ennij poetæ. quas postea tempestate disiectas, Liuius se vidisse testatur. Alij & (frequentior fama est) in exilio obiisse dicunt. Ne corpus suum.) Ne patria parū me mor beneficiorum, suum funus celebraret sepulchro suo inscribi iussit. Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes. Anno igitur ab Vrbe condita 546. bellum secundū Punicum finitum est.

De Liuiio Salinatore.

Cap. 50.

Liuius Salinator primo Consul de Illyris triumphauit: deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus. Iterum cum Claudio Nerone inimico suo Consul, ne respublica discordia male administraretur, amicitiam cum eo iniunxit, & de Hasdrubale triumphauit. Censor cum eodem collega omneis tribus, excepta Metia, ærarias fecit. Stipendio priuauit eo crimine, quod aut prius se iniuste condemnassent, aut postea tantos honores non restè tribuissent.

LIVIVS Salinator.) Liuia gens plebeia: consularibus tamen multisque aliis magistratibus floruit: cuius princeps Liuius hic Salinator, familiam illustrauit: auctor Tranquillus. cæterum vectigal nouum ex annona salaria, populo Romano impostum à Censore M. Liuiio, cui ob id Salinator cognomen factum est. Itaque Salinarium vectigal explosis Regibus sublatum fuerat: quod primus instituerat Ancus Martius

Romanorum rex quartus, teste Plinio lib. 31. cap. 7. Primo consul.) In consulatu collegam habuit M. Valerium Messalam, vt scribit Liuius lib. 38. De Illyriis.) Cū Illyrii atrocissimum bellum gestum est, quia Romanorum legati ab illis interfecti fuerant: in vtroque exercitu octingenta armatorum milia trucidata fuisse referuntur, vt scribit Fabius Historicus, qui in ipso bello interfuerat. Illyris, Illyrium, vel Illyria, regio Epiri, Italiae propinqua, ab Illyrio Polyphemi, siue Cadmi filio denominata, vt placet Eusebio: hodie Sclauonia dicitur. Ex inuidia.) Aristot. lib. Ethic. 3. scribit inuidiam viro forti metuendam esse, quæ tanquam ignis summa petit, vt ait T. Liuius lib. 8. & inuidiæ flammam dixit Cicer. lib. de Oratore 3. Peculatus reus.) Peculatum Labeo definit, vt sit pecuniæ publicæ, vel sacræ furtum, vt ait Paulus Iuriconsultus lib. digest. 48. ad legem Iuliam peculatus, cuius pœnas, vt eodem in loco Vlpianus tradit. aquæ & ignis interdictionem continebat: verum quare Peculatus appellatus sit, apud Sextum Pompeium legere licet. Ab omnibus.) Tribus vel vnius intercessione reliquarum decreta tollebantur, quæ quinque & triginta erant numero. hæc autem in iudicio populi Romani reum suffragiis suis, vel damnabant vel absoluebant. Lege Alex. ab Alex. lib. quarto cap. 3. Idem Tribuum nomina tradit li. 1. ca. 17. Excepta Metia.) Metiam à Metio oppido, claro & peruetusto (cuius memoria inter mortua est) quidam dici opinati sunt. Iterum cum Claudio.) Et tertio consulem factum cum Sp. Albino scribit Cic. in Catone maiore. Amicitiam cum eo.) Amicitia vim elegantissimè scribit Cic. in dialogo, qui Lælius inscribitur. Et de Hasdrubale.) Quum bellum aduersus Hasdrubalem gesturus urbem egrederetur, monitus est, à Fab. Max. ne prius cum hoste congrediretur, quàm vires animumque illius cognosceret. Is respondit, se primam quanque occasionem pugnae arrepturum: percontantibus quid ita properaret, vt quàm celerrimè (inquit) aut gloriam ex hostibus victis, aut ex cœtibus prostratis gaudium capiam: virtus & ira sermonem hominis inter se partita sunt: illa triumpho auida, hæc iniustæ damnationis memor. Censor cum eodem collega.) Fœdum hos inter censes certamen scribit T. Liuius, libro decimo, secundi belli Punici. Aerarias fecit.) id est coegit tributi nomine omnes tribus æra pendere, præter Metiam, quæ crimine peculatus eum absoluerat. vnde nomen obtinuerunt à tributo dando, aut quia primo tres tantum fuerant, auctor est Asconius Pedianus. Stipendium priuauit.) Stipendium dicitur æs militare, seu præmium quod militibus datur. Vlpianus putat à stipe dictum: alij à stipe & pendo, quasi stips ponderata sit. Aut postea tantos honores.) Eo quod condemnatum consulem & censorem fecissent.

De T. Quintio Flaminio, Cap. 51.

Titus Quintius Flaminus, Flaminij, qui apud Trasymenum periit, filius, Consul Macedoniam sortitus, duobus Caropis principis pastoribus prouinciam ingressus, regem Philippum prælio fudit, castris exiit. Filiū eius Demetrium obsidem accepit: quem pecunia multatum, in regnum restituit. A Nabide quoque Lacedæmonio filium obsidem accepit. Liberos etiā Græcos Nemeæ per præconem pronunciauit. Legatus etiā ad Prusiam, vt Hannibalem repeteret, missus.

T. QVINTIVS Flaminius.) Hic L. Flamini j frater fuit, qui à M. Porcio Cato-
 ne senatu motus est. Flamini j verò **Quintiorum** nomen sibi adoptauerunt, ex quo-
 rum domo ignem efferi, nisi rei diuinæ gratia, non licebat, vt ait Festus. Consul
 Macedoniam sortitus.) Annos natus 30. Consul cum Sexto Attilio factus, Philip-
 pum Macedoniæ regem prælio fudit in Isthmiis, fratrem Lucium Flamini-
 um clasissis præfectum à senatu sibi in ea expeditione dari impetrauerat. Charopis principis.)
 Is erat inter Epirotas, homo primarius, magna cum Romanis beneuolentia coniun-
 ctus, & eis clam ob Philippi metum fauebat. Pastores.) Pastores quidam indigenæ,
 per quosdam neglectos ab hostibus anfractus exercitum sese ducturos, & tertio demum
 die in summis constituere montibus pollicebantur. Regem Philippum prælio fu-
 dit.) 8. milia hostium: eo die cæsa, quinque milia capta Polybius ait. Valer. tamen di-
 cit tunc hostium 40. milia trucidata fuisse. Castris exiit.) Anno ab Vrbe condita
 351. Quem pecunia multatum,) datis mille talentis. In regnum restituit.)
 id est, in Macedoniam. de qua Plinius abunde lib. quarto multis in locis. A Nabi-
 de.) Tyranno: cuius crudelitatem, & maleficia in Romanos, tradunt Liuius li. 34. & Iu-
 stinus lib. 31. Liberos etiam Græcos.) Liberi populi hi dicebantur apud Romanos,
 qui in prouinciæ formam non erant redacti, quique Romanis nihil pensabant.
 Nemea.) Nemea Arcadiæ regio, inter Cleuem, & Clytorium vrbes. Per præconem.)
 Præco dicebatur, qui magistratus iussu publicè aliquid denunciabat aut auctorem faci-
 ebat, aut audientiam in theatris indicebat. Legatus etiam.) Missus & legatus ad
 Præsiā Bithyniæ Regem, cum L. Scipione, quam plurimas huius Flamini j laudes à Plu-
 tarcho fuisse satis enarratas, sciens nunc prætermitto.

De Q. Fuluius nobiliore.

Cap. 52,

Quintus Fuluius nobilior Consul Aetolos, Ambraciota-
 que superauit. vnde ouans urbem introiit. Con-
 sul Achæos, qui bello Macedonico interfuerant, post
 ad Antiochum defecerant, præliis frequentibus victos,
 & in Ambraciam oppidum coactos, in deditioem ac-
 cepit. tamè signis, tabulisque pictis spoliauit, de quibus
 triumphauit. Quam victoriam per se magnificè Mar-
 cus Ennius amicus eius insigni laude celebrauit.

QVINTIVS Fuluius nobilior.) Cicero in oratione pro Murena hunc Mar-
 cum appellat, qui Ambracienses, in Epiro obsessos eos s. per deditioem accepit, iu-
 uante Cn. Manlio collega. Cephaleuiam subegit, Aetolis perdomitis pacem dedit, ob
 idque triumphus ei decretus est. Consul Aetolos.) Aetolia Græciæ regio, Epiro,
 Acarnaniæ & Locris finitima, ab Aetolo Martis filio dicta. Consul Achæos.) A-
 chæi ponti accolæ, Colonia Orchomeniorum. Qui bello Macedonico.) Gesta sunt
 hæc belli Macedonici tempore. Ad Antiochum.) Syriæ regem. Defecerant.) Hic
 deficere significat dissensisse Achæos à Philippo Macedonum rege, vt Antiochum se-
 querentur ducem. Et in Ambraciam.) Ambracia vrbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab
 Ambrace rege condita: quam Augustus Nicopolim à victoria nominauit.
 In deditioem accepit.) Dedere se captiui dicuntur, cum sese tradunt (vt dicitur) ad
 voluntatem victoris, vnde deditio. Tamen signis tabulisque pictis spoliauit.)

Signorum apud Romanos tria fuerunt genera, vt scribit Vegetius, aquila, dracones, & vexilla centuriarum. Tabulæ pictæ id est, imagines argenteæ, aureæ aut marmoreæ, quæ omnia in ærarium intulit, cum multo auri & argenti pondere. M. Ennius amicus eius.) Qui comes eius profectiois fuerat, ob quam rem Cic. in Tuscul. à Cato- ne Fuluium hunc vituperatum fuisse dicit, quòd secum Poëtas in prouinciam duxisset, Insigni laude celebravit.) id est, victoriam à Fulvio partâ celebri carmine descripsit.

De L. Scipione Asiatico. Cap. 53.

Scipio Asiaticus, frater Africani, infirmo corpore, ta- men in Africa virtutis nomine à fratre laudatus, Cōsul Antiochum regem Syriæ legato fratre apud Sipylum montē, quum arcus hostium pluuia hebetati fuissent, vicit: & regni relicti à patre parte priuauit, hinc Asiati- cus dictus. Pòst reus pecuniæ interceptæ, ne in carcerem deduceretur, Gracchus Trib. pl. intercessit. M. Cato Cen- sor, equum ei ignominia causa ademit

A F R A T R E laudatus.) Lucius hic Scipio, Consul cum Caio Lælio, cupiebat vterque mirum in modū Asiam sibi prouinciam decerni, itaque Lælij existimatio plus ponderis habebat apud Senatores: at surgens Africanus frater, se fratris legatum fore promissit, idque gratum fuit patribus: itaque decretum est frequenti Senatu, vt Lucius Scipio proficisceretur in Græciam aduersus Aetolos, ac postea in Asiam, vt Antiocho Syriæ regi bellum inferret. factis igitur sex mensium induciis, cum Aetolis in Asiā ve- nit: & apud Magnesium profligauit Antiochum, interfectis 50. hominum milibus, & ca- ptis duobus: tandem per Africanum à Scipione consule obtinuit, vt de pace liceret agi. Lege Plutarchum in vita Scipionis, & Iustinum lib. 31. Legato frat.) vt est dictum cap. 49. Apud Sipylum montem.) Sipylus in Asia mons apud amnem Meandrum

Cum arcus hostium.) In Asia imbelles sunt homines ob caliditatem, vt ait Aristo. lib. Problematum 14. Et regni relicti, id est, Asiæ. A patre.) Selenco scilicet.

Hinc Asiaticus dictus.) Prolomæus prouincias Asiæ 48. annumerat: estque duplex Asia, maior & minor: estque dicta ab Asia Nympha, Oceani & Thetyos filia, aut ab A- sio & Manei & Lydi filio. Hic Scipio 130. simulachra oppidorum, vno triumpho det u- lit. Pecuniæ interceptæ, id est, peculatus. Fufius hanc tractat historiam Alexand. ab Alex. lib. 1. cap. 18. Intercessit.) Intercedere, est id quod vulgo opponere dicimus. In- tererat autem tribunorum plebis, quibus ius intercedendi fuit. hoc est vetandi, prohibé- dique. Nam (vt Gell. docet lib. 13. cap. 12.) Tribunus plebis antiquitus creati videntur, non iuri dicendo, sed intercessioibus faciendis, vt iniuria quæ coram fieret arceretur, & vti vim fieri vetarent. haud enim æquitate causæ, sed Africani cōtumelia potius, ab hoc Sci- pione Asiatico equum ademisse creditus est Cato Censor, Plutarcho teste. Equum ei.) Censorum auctoritatis meminimus antea: qui verò a Censoribus quadringentis mi- libus sestertiū censebantur, hi erant equites Romani.

De Antiocho rege Syriæ. Cap. 54.

Antiochus Syriæ rex nimia opū fiducia bellū Roma-

nis intulit, specie *Lysimachiae* repetendae, quam à maioribus, suis in Thracia conditam Romani possidebant statimque Græciam, insulasque eius occupauit. In Eubœa luxuria elanguit: aduentu Attili Glabronis exercitus Thermopylas occupauit. Vnde industria Marci Catonis eiectus, in Asiam refugit nauali prælio, cui Hannibalem præfecerat à L. Aemilio Regillo superatus, filium Scipionis Africani, quem inter nauigandum ceperat, patri remisit: qui ei, quasi pro reddenda gratia, suafit vt amicitiam Romanam peteret, Antiochus spreto consilio apud Sipylum montem cum L. Scipione confligit. Victus, & ultra Taurum montem relegatus, à sodalibus, quos temulentus in conuiuio pulsauerat, occisus est.

ANTIOCHVS Syriae rex.) Vbi & quando bellum hoc gestum est, & vnde nomen habet Syria, scribunt Mela in primo, & Strabo lib. 16. Hodie Syriam terram sanctam appellamus. Nimia opum fiducia.) Fiducia quid sit cognosces ex verbis Boetij, quæ sunt in lib. 4. Comment. in Topica Ciceronis. *Lysimachiae* repetendae.) *Lysimachia* vrbs est in littore Thracio sita, quam iure hæreditario repetebat Antiochus.

Insulasque eius occupauit.) Festus insulas propriè vocat eas domos, quæ communibus non coniunguntur parietibus cum vicinis, circuituque aut publico, aut priuato cinguntur: vel vt ait Donatus, terra est, quæ vndique aquis clauditur, & in mari propriè. In Eubœa.) Eubœa insula Atticò propinqua, & Bœotiae adiacens: est & vrbs in eadè, quæ hodie Nigropontus appellatur. Luxuria elanguit.) Languere homines dicimus eos qui corporis & animi amisso vigore debilitantur. Cæterùm Asia omnibus libidinum illecebris repleta fuit, vt ait Liu. li. 34. Inde Romanam luxuriam ortam fuisse, idem scribit lib. 39. Attilij Glabronis.) M. Attilius Glabrio, plebeius homo, cum P. Cornelio Scipione Nasica factus est cõsul, vt ait Liu. lib. 35. & in sortiendis prouinciis, Italia Scipioni. Attilio Græcia obuenerat. vt idem scribit lib. 36. hunc Attilium Appianus Aciniũ Manium vocari dicit. Orosius Aciliũ. Thermopylas occupauit.) Thermopylae vnde dictæ, & earũ descriptio, præter Plinium & Strabonem, habetur ab Appiano. Plura tamen Herodotus in 7. commemorat. Vnde industria.) Industria dicitur vulgo ingenij quædam dexteritas: sed à doctis hominibus dici inuenio pro constati labore, qui certo quodam & honesto consilio suscipiatur, vt innuit Cic. lib. de Finib. 1. & in oratione post reditum in Senatu. Nauali prælio.) Varia bellorum genera fuerunt: nã alia terrestria, alia maritima, Cui Hannibalè præfecerat.) Imponere, præponere, & præficere in eadè re dicuntur. A L. Aemilio Regillo.) Ducè hunc Lucium Aemiliũ Regillũ, Iustin. appellat L. Næuium: Appianus Liuium nominatũ dicit. Filium Scipionis Africani) Huius rei meminimus ca. 49. Cũ Lucio Scipione cõfligit.) Superiori cap. huius rei mentionè fecimus. Victus.) Antiochus cũ à L. Scipione ultra Taurũ

montem, submotis imperij finibus, Asiam prouinciam, vicinâque ei gentes amississet, gratias egit populo Romano, quod magna parte curarum per eos liberatus esset. Intellexit vir prudens vnius hominis animum, quanuis vigilantem, non posse tot negotiis parem esse. gesta sunt hæc anno ab Vrbe condita 55. Et ultra Taurum montem.) Taurus mons qui ab Indico mari exurgens vastè satis attollitur, dein dextro latere ad septentrionem, sinistra ad meridiem versus it, in occidentè rectus & perpetuo iugo mons qui ei opponitur, Antitaurus appellatur. Nemo de Tauro monte copiosius elegantiusque Plinio, què legito. & simiam eius Solinum, in Ciliciæ descriptione. A sodalibus.) Sodales propriè dixit, quasi simul edales, vt annotat Valla lib. 4. cap. 38. Nonius Marcellus, Sextus Pompeius, & M. Tullius lib. de Oratore 2. Quos tumultuosus.) A nomine temetum temulentus dicitur, id est, vinosus. Plinius lib. 14. Cato ideo propinquos fœminis osculum dare iussit, vt scirent an tementum olerent, id est, vinum, quasi tentet & labefactet mentem, Donato teste.

De Cneo Manlio Volsone. Cap. 55.

Cneus Manlius Volso, missus ad ordinandum Scipionis Asiaticæ prouinciam, cupiditate triumphis bellum Pisidis & Gallogræcis, qui Antiocho affuerant, intulit. His facilè victis, inter captiuos vxor regis Orgiagontis centurioni cuidam in custodiam data: à quo vi stuprata, de iniuria tacuit. Et post impetrata redemptione, marito adulterum centurionem interficiendum tradidit.

CN. Manlius Volso.) Consul in Asia acceptis à L. Scipione copiis, & exercitu lustrato contra Gallogræcos bellum gessit, eisque superatis reuertens, cum in ade Bellonæ triumphum peteret, decem legati qui cum eo missi fuerant, restitere. Inter quos L. Furius Purpurio, & L. Aemilius Paulus triumphus tamen ei decretus est, multorum & amicorum & consanguineorum suffragiis. Plura T. Liuius lib. 8. de Bello Macedonico. Ad ordinandam.) Nonnulli enim ordines erant in exercitu, in quibus certus quidam erat hominum numerus, vt scribit Vlpianus in lib. Digest. 50. de Decurionibus. Bellum Pisidis.) Artemidorus Pisidarum tredecim ciuitates nominauit, in monte Tauro sitas. Et Gallogræcis.) Gallogræcia, Gallatia dicta est, à qua Gallogræci, nam cum Galli multitudine abundantes, relicto natali solo, Italiam inuasissent, Græciâ impleuerunt, Macedoniâ occuparunt: in Asiam transferunt duce Lernorio, qui Gallogræciam mixto ex Gallis Græcisque vocabulo, cognominauerunt. Hæc Strabo. lib. 12. His facile victis.) Cæсорum captorumque varius legitur numerus. nam Claudius 40. hominū milia tunc cæsa fuisse commemorat. Valerius Antias, qui magis modicus in numero augendo esse solet, non plus decem milia hominum cecidisse asserit, captiuorum milia decem. Orgiagontis.) Liuius. lib. 38. Orisgontem Regulum appellat hunc, non Orgiagontem. Centurioni cuidam.) Centum pedites qui sub vno vexillo gubernat, Centurio dicitur. In custodiam data.) Hostium captiuorum insignes in custodiam tradebantur: vt scribit Alex. ab Alex. lib. 6. cap. sexto. Marito adulterum.) Platonis libro de Legibus nono, Lex illa est, Qui mulierem liberam ad rem veneream vi adigit impune, non ab eo solum cui vis illata est, sed à patre, marito, fratribus, filiisque vita priuetur. Item D. Adrianus, vt ait Metian. Iurisc. lib. Pandectarū. 48. ad legem Corneliam de sicariis, rescripsit eum

qui stuprum sibi, vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum.

De L. Aemilio Paulo Macedonico. Cap. 56.

Lucius Paulus Aemilius filius eius qui apud Cannas cecidit, primo consulatu, quem post tres repulsas adeptus erat, de Liguribus triumphauit. Rerum gestarum ordinem in tabula pictum publicè posuit: iterum Consul Persen Philippi filium, regem Macedonum, apud Samothracas cepit, quem victum fleuit, & absidere sibi iussit: tamen in triumphum duxit. In hac lætitia duos filios amisit. Et progressus ad populum gratias Fortunæ egit: quòd si quid aduersi Reipublicæ imminebat, sua esset calamitate decisum. Ob hæc omnia & à populo, & à senatu concessum est, vt ludis Circensibus triumphali veste vteretur. Ob huius licetiam & paupertatem, post mortem eius dos vxori, nisi veditis possessionibus, non potuit exolui.

LV C I V S Paulus Aemilius.) Aemiliorum genus scribit Plutarchus à dulci facundia leporèque dictum. Qui apud Cannas cecidit.) dicta sunt hæc cap. 42.

Adeptus erat. Adipisci honores Cicero dicit sapius, quàm vel consequi, vel assequi: quibus etiam verbis vtimur, rarius tamen & inusitatus. De Liguribus triumphauit.)

Contra Ligures cum octo milibus militum missus, aduersus 30. hostium milia confixit, & septuaginta Epirotarum vrbes, à Paulo Aemilio funditus euerfas esse, auctor est Polybius. Rerum gestarum,)

Quod gesta dici Valla libro quarto putauit, apud scriptores vix inuenias. hi enim res gestas, non gesta dicere solent. Iterum Consul.)

Quum Quint. Martius Philippus consul exercitum in Macedoniam aduersus Persen ductasset, Aemilius sexagenarius, ciuitatis penè totius inuitatione crebra, Consul iterum summo populi consensu designatus est: eiq̃ue Macedonia prius commissa est, quàm fieret (vti mos erat) prouinciarum sortitio. erant tamen sexagenarij à publicis muneribus liberi: idcirco de ponte deiiciebantur, id est, à suffragiis, quæ per pontem in campo Martio ferebantur, demittebantur. auctor est Nonius Marcellus. Perseum vicit, Macedoniam vniuersam in populi Romani potestatem redegit, & deuicto Perseo triumphauit. scribunt nonnulli ab hoc Aemilio vrbes 250. in deditiõnem receptas. Tantum præterea argenti atque auri in ærarium inuexit, vt à ciuibus tributum nullum persolui opus fuerit, vsque ad Hirtij & Pansæ consulatum.

Apud Samothracas.) Sunt qui scribant Samothraciam insulam esse, quæ prius Dardania vocabatur, à Dardano qui Palladium Mineruæ secum ferens, eò confugisse traditur. Post Samiis insula bello eiectis, quum eò se in Thraciam ex Asia reciperent, inditum nomen, vt pro Dardania, Samothracia diceretur, Tamen in triumphum duxit.)

Cum ingenti pompa Romam rediit Aemilius in naue eiusdem Persei: triumphauitque in curru aureo: ductique sunt ante currum filij duo regis Persei, & ipse

Perseus annis 45. natus. Persei filius minor natu Romæ factus est faber, ad tolerandam inopiam, ibique defunctus est. In hac lætitia.) Lætitia secundum Cicero- nem est opinio recens boni præsentis, in quo efferri bonum videatur. vel, vt ait Cæ- lius libro quinto capite tricesimotertio. Lætitia est exultatio animi gaudio efferuen- tiore, propter euentum rerum expetitarum. Itaque negabant Stoici, lætitiã in sapien- tem cadere posse, gaudium verò posse. Duos filios amisit.) Filiorum quos in pote- state retinuerat: alter natus annos 16. die 5. ante triumphum mortuus est: alter anno- rum 12. die 3. post exactum triumphum obiit. Cùm alij multi, tum Plutarchus in vita Pauli Aemilij auctor est. Et progressus ad populum.) Animaduertens Aemilius fortunam nihil sine inuidia hominum generi abundè largiri solitam esse, precatus est, vt si quid aduersi pro ea felicitate fortuna minaretur, id in se, suamque domum, non in Republic. conuerteret. Vt ludis Circensibus.) Circenses ludi sunt appellati, eo quòd in Circo fierent, quem ædificarat Tarquinius Priscus, vt scribit Liuius libro primo. Triumphali veste.) Vestis triumphantium à Liuiò belli Punicì secundi, lib. 10. toga picta appellabatur, de qua lege Baysum de re vestiaria. Ob huius licentiã.) Licentiã hic pro libertate ponitur. Et paupertatem.) Paupertatem cum viris bonis ha- bitare veteres dixerunt, vt est in Problematis Aristotel. viri enim boni, quia diuitias solum honestè parare volunt, pauperes manent. Itaque verissimum illud est, Nemo iu- stus diues euasit citò. Post mortem.) In Censura mortuus est, ac illius feretrum Ma- cedonum legati extulerunt, & in Delphis super columnam magnam quadratam ex cã didis lapidibus compactam, super quam Persei statua ex auro poni debuerat, suam po- ni iussit. Nam victos victoribus cedere equum erat. Dos vxori.) Lege Iulia vetabatur ne vxor indotata maneret. Priscis autem illis temporibus dos apud Romanos æs graue fuit. Mox decem milia æris dotes non excessere. Postea corruptis moribus, ad quadra- ginta milia supergressa sunt. Nisi venditis possessionibus.) Possessiones hic sumun- tur pro ipsis bonis immobilibus. Possessio autem propriè vsus est, siue actus aut pro- prietas agri possidendi aut ædificij, non ipse fundus aut ager.

De Tyberio Sempronio Grac- cho. Cap. 57.

Tyberius Sempronius Gracchus nobilissima fami- lia ortus, Scipionem Asiaticum quanuis inimicum, du- ci in carcerem non est passus. Prætor Galliam domu- it, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam: tan- tùmque captiuorum adduxit. vt longa venditione res in prouerbium veniret, SARDI venales. Censor liber- tinos, qui rusticas tribus occuparent, in quatuor vrba- nas diuisit: ob quod à populo collega eius Claudius (nam ipsum autoritas tuebatur) reus factus: & quum eũ duæ classes condemnassent, Tyberius iurauit, se cum il- lo in exilium iturum: ita reus absolutus est. Et quum in domo Tyberij duo angues è geniali thoro repfissent,

responso dato, eum de dominis periturum, cuius sexus anguis fuisset occisus, amore Corneliae coniugis mare iussit interfici.

TIBERIVS Sempronius Gracchus.) Gracchus per, h, Velius Longus scribi iubet. **T.** Sempronius Gracchus, Gracchorum, ex Cornelia Africani nepte pater, proconsul Celtiberos in deditioem accepit. & monumentum operum suorum, oppidum Gracchorum in Hispania constituit, vt recitat Liuius libro 23.24. & 25. ab Vrbe condita. **Gellius** libro duodecimo capite octauo & libro decimo quarto capite duodecimo. **Quanus** inimicum.) Eo quod antea de Repub. cum Africano dissentiret, infensus Corneliorum genti fuerat, **Duci** in carcerem non est passus.) id dictum est cap. 53. **Prætor** Galliam domuit (Proconsulatu, prætura, duobus consulatibus & triumphis pariter clarus, ac censurae honore insignis vixit. Longa venditione.) Nam ignobiliores captiui, cateruatim vincti catenis, in seruitij notam, triumphum præcedebant: post venditioni exponebantur. In prouerbiu veniret.) Prouerbiu est sententia, quæ in ore omnium versatur. **Sardi venales.**) Prouerbiu hoc doctè exponit Erasmus **Chilia.** primæ centuria sexta: diciturque adagium hoc de negotio infinitæ prolixitatis, atque inexplicabilis. Huius etiam prouerbij meminit Cicero **Epistolarum familiarium** libro septimo ad Gallum. **Qui** rusticas tribus occuparent.) In Senatum lecti per **Appium** Claudium Cæcum censorem, vt dictum est capite tricesimo quarto. In quatuor urbanas diuisit.) **Quæ** sint rusticæ tribus, aut urbanæ, scribit Alexand. ab Alexand. libro 1. cap. 17. **Collega** eius **Claudius.**) Is fuit Appius Claudius Cæcus, qui censuram gerebat cum hoc Graccho. **Authoritas** tuebatur.) **Dignitas** aut potestas censoribus concessa scilicet. **Reus** factus.) id est accusatus. **Duæ** classes condemnassent.) Populum Romanum in classes quinque, & deinde in centum nonaginta tres centurias distributum, tradit **Dionysius** Halicarnassæus lib. 7. Ita reus absolutus est.) **Quæ** sint condemnationis, absolutiois, & ampliatiois notæ, dictum est à nobis. **Et cum** in domo.) Multo fusius hanc rem tractat Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 18. **Geniali** thoro.) **Genialis** thorus duabus culcitris, in Genij honorem parabatur eximie, ad quæ noua nupta quinque facibus noctu admittebatur, quas ab ædilibus accendi, & ex spino arbore fieri erat auspiciatissimum, & fortunati euentus, cum ex hac arbore in raptu Sabinarum pastores faces accendisse ferantur. **Responso** dato.) ab **haruspici**bus. **Amore** Corneliae.) Ex hac Cornelia duodecim filios sustulit, qui omnes mortem obiere immaturam: superstites remanserunt **Tiberius** & **Caius** Gracchi, summi oratores, & **Sempronia** filia, quæ **Scipionis** Aemiliani coniugium sortita est. **Væterum** affinitatis vinculum communes liberi colligant arctius. **Côiugij** coniunctionem liberos esse: itaque dissolui citius, si liberi non sint: quod liberi bonum sint marito & vxori commune, **Arist.** Ethic. octauo scripsit.

De Publico Scipione Aemiliano. Cap. 58.

Publius Scipio Aemilianus, **Pauli** Macedonici filius, à **Scipione** Africano adoptatus, in Macedonia cum patre agens, victum **Persem** tam pertinaciter persecutus est, vt media nocte in castra redierit. **Lucullo** in Hispaniam legatus, apud **Intercatiã** oppidum prouocatorem singulari prælio vicit. **Muros** hostilis ciuitatis primus

ascendit. Tribunus in Africa sub Tito Manilio Imperatore cohortes octo obsidione vallatas consilio & virtute seruauit, à quibus corona obsidionali donatus.

Quum ædilitatem peteret, Consul ante annos vltro factus, Carthaginem intra sex menses deleuit. Numantiã in Hispania, correcta prius militum disciplina, fame vicit. hinc Numantinus dictus. Caio Lælio plurimũ vsus. Ad reges adeundos missus, duos secum, præter eũ, seruos duxit. Ob res gestas superbus, Gracchum iure occisum videri respondit obstrepente populo, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca est, non mater. Et addidit, Quos sub corona vendidi. Censore Mummio collega seigniore in senatu ait, Vtinam mihi collegam aut dedissetis, aut non dedissetis. Suscepta Agrariorum causa, domi repente exanimis iuuentus, obuoluto capite elatus, ne liuor in ore appareret. Huius patrimonium tam exiguum fuit, vt XXXII. libras argenti, duas & semilibram auri reliquerit.

PAVLI Macedonici: De quo cap. 56.

A Scipione Africano adoptatus.)

De hac re consulas Alexan. ab Alex. lib. 2. cap. 11. Adoptatio autem sicut scribit Caius, duobus modis fit: aut principis auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt, quæ species adoptionis dicitur arrogatio: quia & is qui adoptat rogatur, id est, interrogatur, an id fieri patiatur. Magistratus imperio adoptamus eos qui in potestate parentũ sunt, siue primũ gradum liberorũ obtineãt. qualis est filius siue filia: siue inferiorẽ, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. Cũ patre.) Lucio Aemilio Paulo, Macedonico scilicet. Victum Persem.) Philippi Macedoniae regis filium. Dicitur autẽ Perseus, Perseus, & Persa. Media nocte.) Non licebat enim militem à castris abnoctare. Lucullo in Hispaniam.) Luculli præclare res gestas in Hispania, scribit Val. Max. lib. 3. c. 2. Legatus.) Bellicum legatum intellige, quem vulgus, locum tenentem appellat.

Apud Intercatiam.) Intercatia Asturiæ vna ciuitatum est in Hispania. Prouocatore.) Barbarum prouocatore Tribuni adhuc militum occidit, anno ab Vrbe cõdita sexcentesimo vigesimo. Singulare prælio.) Singulare prælium esse puta, quando solus hostis in hostem solum configit. Muros hostilis ciuitatis.) Quare murali corona donatus est: quæ in pinnorũ similitudinem fiebat. Tribunus in Africa.) Tribunum militum intellige, cuius in bello potestatem & munus multis in locis annotauimus. Cohortes octo.) Quid sit cohors, & quotuplex, scribunt Alexander ab Alex. lib. 1. capi. 5. Aulus Gellius libr. 16. capi. 4. & Budæus in annotationibus in Pandectas.

Obsidione vallatas.) Vallum castrorum ex cespite, aggesta humo aut mole, & aggere contra fulminum impetus, nonnunquam ducta iugenti fossa, vel lapidum congestis molibus, plerunque arboribus obiectis, prout materia suppetebat, à tyronibus præfecti castrorum iussu fiebat. Consilio & virtute seruauit.) Amplior est gloria, quæ virtute, quàm quæ felicitate paratur. Corona obsidionali.) De militari-

bus donis tractat Alexander ab Alex. libro quarto, cap. 18. & Gellius lib. quinto cap. 6.

Cùm ædilitatem peteret.) Fuit ædilitas primus gerendorum magistratuum gradus. Eratque moris, vt ædilitatis petitores iurarent, quod ad Rempublicam pertineret. erant enim ædiles curatores vrbs, annonæ ludorumque solennium, vt est in libris Ciceronis de legibus primo & tertio. Consul ante annos.) Hoc sic intel-

lige, P. Scipionem Aemilianum consulem fuisse, antequam ædilitatem, quæsturam & præturam gessisset: qui magistratus veluti quidam erant gradus ad consulatum: & eū nemini petere licebat ante annos 25. Carthaginem.) Carthago nunc Carthage-

na, quam Asdrubal Pœnorum dux condiderat, diruta est septingentesimo post anno, quo condita erat: & arsit diebus septendecim continuis, teste Orosio. Solinus tamen & Eusebius hac in re non conueniunt: condita vero fuerat septuaginta duobus annis antequam Roma constructa esset: inceptumque est tertium hoc bellum Punicū altero & sexcentesimo anno ab Vrbe condita, vt scribit Liuius libro quadagesimonono.

Numantiam.) Victi Numantini omnia sua & se igni immiserunt: qui annos quatuordecim cum solis quatuor milibus suorum, 40. Romanorum milia sustinuerant, & vicerant aliquando: vt ait Orosius libro quinto capite quinto. Strabo tamen libro tertio dicit. Numantinum bellum ad annum vigesimum perdurasse. Militum disciplina.) Militum disciplinam tradit Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 20. Caio Lælio plurimum vsus.) Vnde Ciceronis dialogus de amicitia Lælius inscribitur.

Ob res gestas superbus.) Notum est ob res secundas, quamplurimos superbia vinciorum animi, viresque in aduersis, nullo modo confringi possunt. Cicero ad M. Marcellum scribens, libro Epistolarū Familia. quarto, omnia in bellis ciuilibus misera esse dicit, sed nihil miserius quàm ipsam victoriam: quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferocios reddidit, vt etiam si natura tales non sint, in necessitate esse cogantur.

Gracchum iure occisum. Legem Gracchi P. hic Afric. minor, grauissima oratione dissuasit. In qua dixit Tib. Gracchum iure cæsum videri: auctor est Titus Liuius libro 59. Valerius Maximus lib. 9. titulo de liberè dictis & factis. Quos sub corona vendidi.) Quid sit venire sub corona, docent Budæus in Pandectas, Gellius lib. 7. cap. 4. & Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 16. Collega seigniore.) Quid sit seignities & in quo differat à socordia, docet Festus. Vtinam mihi collegam.) Sentimus longe satius fuisse, non habere collegam censuræ, quàm talem, qui vitæ dissolutionis esset. Nemo enim censuram gerebat, nisi qui grandi ætate factus prudentior, à virtutibus vitia discernebat: cuius in pectore extincta omnis vis cupiditatis erat. Plutarchus in vita M. Catonis ait. Censuram magistratuum omnium facile principem esse.

Suscepta Agrariorum causa.) Agrarij à Liuius & Cicerone dicuntur suffragatores legis Agrariæ, vt in hoc loco. Ne liuor.) Liuor & tumor venificij signa sunt communia, vt est in libro Rhetoricorum ad Herennium 2. Idem Quintilianus. scribit lib. 5. cap. 9. Huius patrimonium.) Quauis administrationis malæ notaretur is, cuius patrimonium diminutum erat. Itaque in tabulas publicas censores solebant referre, quæ censuerant: quare licebat censione proxima videre si quid patrimonij diminutum esset. Huius tamen abstinentiam & frugalitatem copiose tractat Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 18. Vt triginta duas libras argenti.) Quanti æstimerur

libra auri, & argenti, lege apud Budæum libro de Assè: & Alex. ab Alex. lib. secundo cap. 20 quam ex duodecim vncijs, hoc est, denariis duobus & septuaginta, siue drachmis 96. constare, legisse memini. Et semilibram auri.) Semis in compositione

dimidium significat eius, cui adiungitur; qua dictione raro extra compositionem ve-

mur. Hic Scipio vixit annos 54. obiitque annò ab Vrbe condita 622.

De Aulo Hostilio Mancino. Cap. 59.

Aulus Hostilius Mancinus Prætor aduersum Numantinos vetantibus auibus, & nescio qua voce reuocante profectus, quum ad Numantiam venisset, exercitum Pompeij acceptum prius corrigere decreuit: inde solitudinem petit. Eo die Numantini fortè solenni nuptu filias locabant: & vnam speciosam duobus competentibus, pater puellæ conditionem tulit, vt ei illa nuberet, qui hostis dexteram attulisset. Profecti iuuenes, abscessum Romanorum in modum fugæ properantium cognoscunt: rem ad suos referunt. Illi statim quatuor milibus viginti milia Romanorum ceciderunt. Mancinus. authore Tiberio Graccho Quæstore, in leges hostium fœdus percussit: quo per senatum improbato, Mancinus Numantinis deditus, nec receptus, augurio in castra deductus, Præturam postea consequutus est.

A V L V S Hostilius.) Hostiliorum propago ex Tullio Hostilio tertio Romanorum rege dicitur manasse. Vetantibus auibus.) Infelicem conflictum Numantinis, in Hostilium hunc Mancinum illatum, prædixerunt pulli, qui escam non ceperunt, sed ex cauea euolarunt, Tria vero prodigia Mancino visa, lege apud Valerium Maximum lib. 1. cap. de prodigiis, & apud Cic. lib. Officiorum 3. Verum prælia Romanos nunquam gessisse, nisi auspiciatò, scribit Alexan. ab Alex. lib. quarto ca. 2. Prius corrigere decreuit.) Notandum est quod inter animaduersiones militares leuissima est admonitio: castigatio minor: deprensã maiori ignominia maxima. Estque corrigere propriè rectum facere, vt facile colliges ex Macrobij libro Saturnalium 2. Solitudinem petiit.) Solitudo muta dicitur à M. Tullio in oratione Miloniana, vt cæca nox tanquam hæc non videat, illa non loquatur. Solenni nuptu.) Quæ solennes cæremonia in sponsalibus olim & nuptiis esse consueuerint, docet Alexander ab Alex. lib. 2. cap. 5. Idem nuptiarum contrahendarum mores scribit lib. 1. cap. 24. & Budæus in annotationibus in Pandectas. Conditionem tulit.) Conditio est (vt ait Sextus Pompeius) in diem certum eius rei quæ agitur denunciatio. Hanc historiam fusiùs leges apud Florum, Valerium Maximum lib. 2. cap. 2. & Orofium lib. 5. cap. 6. Illi statim quatuor milibus.) Numantini cum bello Hostilium Mancinum vicissent, contenti armorum manubiis, enermè cum spoliato exercitu dimiserunt: sed Romanus populus ignominia indignitate flagrans, fœderis dedecus Mancini deditone expiauit. Tiberio Graccho quæstore.) Prouinciali scilicet. Nam varia fuisse quæstorù genera, præter reliquos docet Bud. in annotation. in Pand. Fœdus percussit.) Fœderis ineundi

rationem. tempus, & caeremonias scribit Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 3. A feriendo foedus dictum multi volunt, quod Virgilius lib. 8. confirmare videtur dicens, Stabant, & caesa firmabant foedera porca. Alij malunt, à Foecialibus, foedus dici: quod per hos foedera percuti solerent. Alij à fide, quod in foederibus fides interponeretur. Quo per senatum improbato.) Romanos duces multatos ob exercitum temere amissum, scribit Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 6. Præturam postea consequutus.) Præturam primum fuisse magistratum plebeium constat per Titum Li. lib. 3. ab Vrbe condita.

De Lucio Mummio Achaico. Cap. 60.

Lucius Mummus deleta Achaia Achaicus, aduersus Corinthios missus, victoriam alieno labore quaesitam interceptit. Nam quum illos Metellus Macedonicus apud Heracleam fudisset, & duce Critolao priuasset, cum lictoribus & paucis equitibus in Metelli castra properauit. Corinthios apud Leucopetram vicit duce Dioneo: qui domum refugit, eamque incendit: coniugem interfecit, & se in ignem præcipitavit: excepto ipso nemo interiit. Mummus Corinthum signis tabulisque spoliavit: quibus quum totam repleisset Italiam, in domum suam nihil contulit.

DELETA Achaia.) Bellum Achaicum scribunt Eutropius lib. 4. cap. 3. Cic. in oratione pro lege Manilia, & Orofius lib. 5. ca. 2. Est autè Achaia regio Græciæ, vndique mari circumscripta, præterquam à septentrione: cuius caput est Corinthus, auctore Plinio lib. 4. capite. 4. dicta ab Achaio Puti filio, quæ primo Danea (Herodoto teste) dicta fuit, nunc vulgo Morea vocatur. vnde Græci Achæi. atque Achiui, & Danaï dicti sunt.

Alieno labore.) Industria nempe Qu. Cæcilij Metelli & Macedonici, de quo cap. sequenti plura. Interceptit.) Hæc particula, inter, habet vim complèdi. Donatus exponens hunc versum Terentij ex Eunuchis. Quod nos capere oportet, hæc interceptit. Interceptit proprie, inquit, quasi totum capit. Apud Heracleam.) Hoc nomine vrbes multas fuisse, scribit Strabo lib. 6. hæc autè in Italia in sinu Tarentino fuit: quæ primò Troia, sed procedente tempore inductis colonis Tarentinis, Heraclea appellata est. hæc habebat ius Romanæ vrbis: nã foederatis ciuitatibus idem erat ius cù Romana vrbe, & iisdem priuilegiis utebantur. Et duce Critolao priuasset.) Achaïos Critolao duce priuauit, quæ interfecit. Cum lictoribus.) duodecim qui consulè præcedebant: à ligando dicti, vt fufius scripsimus antea, Et paucis equitibus.) Militibus scilicet.

Corinthios.) Post bellum Punicum tertium, & ante bellum Numantinum Corinthus à Lucio Mummio funditus euerfa est anno à Roma condita sexcentesimo sexto. Cic. in oratione pro Lege Manilia, & Strabo lib. 8. euerfionis Corinthi, hanc reddunt rationem. quia Corinthij quidam, in prætereuntes populi Romani legatos, à tectis sordes effuderant. Cic. tamen in lib. Officiorum 3. Corinthum disturbatum fuisse dicit specie vtilitatis. Hæc enim vrbs (vt ait Eutropius) omnium vrbiùm longè opulentissima fuit.

hodie Goranto dicitur. Apud Leucopetram.) Strabo lib. 6. Est (inquit) è regione ad orientem, nautiganti promontoriū, quod à colore leucopetram, id est, saxum album appellant. Signis tabulisque spoliavit.) Signorum & tabularum antiqui Romani studiosi erant, ut hac ætate nobiles & pōtiffices argenteorum aureorumque vasorum, quibus mensas abacōsque exornent. Quæ verò sint tabulæ, & signa Corinthia, docet Plinius lib. 34. cap. 2 & 7. Itaque incendio perustis plurimis statuis, atque simulachris, æris, auri, argenti que venæ, in commune fluxere, & æs Corinthium, & senatusconsulto factum & conflatum est. In domum suam nihil contulit.) Ipse excessit non relicturus filia dotem, ut eodem in loco tradit Plinius. Caterum Romani quam pecuniam hostibus imperatores detraxerant, eam in ærarium referendam Romani curabāt, ideoque cum imperatoribus mittebantur quæstores ad pecuniariam rem administrandam, & prædam, manubiásque, in publicas rationes referendas, Cic. in lib. Officiorum 2. scribēs magistratus continententes esse, omni que avaritiæ suspicione vacare debere, meminit huius Lucij Mummij.

De Quinto Cæcilio Metello Macedo.

nico.

Cap. 61.

Quintus Cæcilius Metellus à domita Macedonia Macedonicus: Prætor Pseudophilippum, qui idem Andriscus dictus est, vicit. Achæos bis prælio fudit: triumphandos Mummio tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem: & ideo tertio post duas repulsas, Consul ægrè factus, Arbachos in Hispania domuit. Apud Catabriæ oppidum cohortes loco pulsas redire, & locum, recipere iussit. Quum omnia proprio & subito consilio ageret, amico cuidam quid acturus esset roganti, Tunicam inquit, meam exurerem, si eam consiliū meū scire existimarem. Hic quatuor filiorum pater, supremo tempore humeris eorum ad sepulchrum latus est. Ex quibus tres Consules, vnum etiam triumphantem vidit.

QVINT. CÆCILIVS Metellus.) Metelli plebei fuere, ut ait T. Liuius sed, victoriis & magistratibus clari. Cæciliique omnes appellati sunt à Cæculo, Prænestite conditore. A domita Macedonia.) Proxima Thraciæ ad occidentem ac meridiem coniungitur Macedonia. terrarum imperio quondam potita, quæ inter duo maria protenditur, Aegeum & Adriaticum. Prætor Pseudophilippum.) Hic Pseudophilippus primum Andriscus appellabatur, is Persei filium se mentiens, Philippus appellatus est. Huius historiæ meminit T. Liuius libris 49. & 50. Item apud Valer. Maxim. lib. nono. titulus est de his qui infimo loco nati, mendacio se clarissimis familiis inferere conati sunt. Achæos bis prælio fudit.) Qui sint Achæi, dictum est cap. 52. Triumphandos Mummio tradidit.) Vnde Achæicus est cognominatus. Ob nimiam seue-

ritatem.) Seuerus is est, qui nihil ignoscit, nihil de poena legibus constituta remittit. Metellus hic eloquens est habitus, Cic. & Gellio testibus: nam pro L. Cotta dixit, accusante Africano. Consul agrè factus.) Nam suffragium populus, & vulgus præcipuè ferebant, non Senatores: atqui ob seueritatem plebi inuisus erat, verum quando aliqua de re ferendum erat suffragium, vt si de lege ferenda ageretur, Senatoribus licebat orationes ad populum habere. In Hispania domuit.) Huius Metelli res præclare gestas in Hispania, lege apud Valer. Maxim. libro. 2. cap. 2. Rursum libro. 7. capite. quarto. Hi autem Hispaniæ populi Turduli appellabantur, quos vicit Metellus hic Macedonicus: nos hodie illam Hispaniæ partem Bethicani, seu Granatam appellamus. Hispaniam vero & singulas Hispaniæ ciuitates prolixè satis describit Plinius lib. 3. cap. 1. Apud Cantabriæ oppidum.) Cantabria Hispaniæ regio, cuius homines efferi sunt, & nullam vitam sine armis esse existimant, Cohortes suo loco pulsas.) Quid cohors, & quot in se milites contineat, docet Alex. ab Alex. lib. 1. capite. 5. Apud antiquos autem cohors quædam erat, quæ prætoria vocabatur, quæ consuli, aut prætori in prouincia præsto semper erat. quasi que latus eius cingebat. Et subito consilio ageret.) In bellis primus locus consilio datur. per ipsum enim intelligimus quid in quaque te sequendum cauendumque est. Consilium vero est ratio quædam alte petita, & plerunque plura perpendens, & comparans, habensque in se & inuentionem & iudicationem. Amico cuidam.) Is erat tribunus militum. Tunicam, inquit.) Tunica propria Romanorum fuit, eaque pallio proximior induebatur, de qua plura lege apud Lazarum Baysum de re vestiaria. Si eam consilium meum.) Neminè enim existimare debes fidelioem cuiquam esse, quam tu ipse sis tibi. Humeris eorum.) Ab humo quidam humeros dici existimant, quod instar humi suffereendis oneribus apti sunt humeri. Ad sepulchrum latus.) Deferendi feretrum propinquioribus virilis sexus dabatur munus: habebantque Romani sepulchra familie communia, quibus priuari triste erat. Ex quibus tres consulares.) Consulares filios intellige, qui in consulatus dignitate constituti sunt aliquando: ceterum Valerius Max. lib. 7. de hoc Metello, inquit, tres filios consulares, vnum eria censoriū, duos triumphantes, & quartum prætorium vidit. de huius Metelli felicitate, vita, & morte, lege Plinium lib. 7. cap. 44.

De Qu. Cæcilio Metello Numidico.

Cap. 62.

Quintus Cæcilius Metellus Numidicus, qui de Iugurtha rege triumphauit, Censor Quintium, qui se Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in censum non recepit. Idem in legem Apuleiam per vim latam iurare noluit, Quare in exilium actus Smyrnæ exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus, cum ludis forte literas in theatro accepisset, nō prius eas legere dignatus est, quā spectaculum finiretur. Metellū sororis suæ virum laudare noluit, quòd is olim suum iudicium & leges detestarat.

Q. C. A. E. C. I. L. I. V. S. Metellus.) Metellus Numidicus dictus est Diadematus,

vt ait Plutarchus, in Coriolano. Qui de Iugurtha rege triumphauit.) Iugurtha Numidiæ rex perfidus bellicosus, & uaser. de bello aduersus Iugurtham gesto, extat historia Salustij: de quo etiam Plutarchus in uita Marij & Syllæ. Eutropius libro quarto capite tertio. & Orof. libro quinto cap. decimoquinto. Gestum est autem bellum hoc Iugurthinū, ab Vrbe condita 635. P. Scipione Nasica, & Lucio Calphurnio Bestia eos s.

Censur Quintium.) Apud Valer. Maxim. libro nono titulus est de his, qui infimo loco nati, mendacio se clarissimis familiis inferere conati sunt. In censum non recepit.) Is census dicitur qui (vt scribunt Budæus, & Alexand. ab Alexand. genialiu dierum capite decimoquinto libro sexto.) multam pecuniam & ultra centum nummum milia, in possessione habet. In legem Apuleiam.) L. Saturninus Trib. pleb. legē Agrariam tulit. in quam senatum iurare coegit. Quint. Metellus Numidicus, nec vi tribunicia cogi, nec amicorum hortatu adduci potuit, vt in eam iuraret: itaque Saturnini iussu, Metello, aqua, igni, tecto interdictum est, quòdque turpissimum fuit, licere omnibus Metellum necare. Metellus seditionem exoriri passus non est. Itaque Rhodum in exilium profectus est. Authores sunt T. Liuius libro 69. & Plutarchus in uita C. Marij: ubi rem scribit fufius. Quas autem leges ratas haberent Romani, scribit Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 14. leges uero ex nominibus his, quæ proxima sequerentur præ nomina denominationem accipere solebant, unde lex hæc Apuleia dicitur, à Lucio Apuleio Saturnino. Smyrnæ exulauit.) Smyrna in Asia minore est, quam euerterunt Lydij, & per annos quadringentos, uici modum retinuit. Huius situm abunde describit Pius secundus Pōtifex max. Item Plinius lib. 12. cap. 15. & Theophrastus. lib. 9. cap. 3. Illam ciuitatem Theseus Theffalus, in memoriam vxoris suæ, quæ Smyrna vocabatur, extruxit. Qui autem exilio damnabantur, aut certus iis locus à iudicibus distinabatur, quò exularent: in eum locum cum ueniebant, fiebant huius ciuitatis ciues, & tum demum Romanam ciuitatem amittebant: aut locorum omnium, præter certam quandam terram, aditus permittebatur: quæ lata fuga à iurisperitis dicitur. Hi itidem Romanam ciuitatem amittebant, quum in aliam asciti fuerant: aut in insulam relegabantur, quæ pœna ciuitatem adimebat, vt ait Vlpianus libro. digestorum 48. de interdictis & relegatis, & deportatis. quo in loco tria exilij genera quæ scripsimus, Marcellus iuriconsultus tradit. Claudia deinde rogatione.) Occiso Saturnino cum Glaucia prætore à L. Opimio consule, Metellus ab exilio reuocatus est, vt ait Cicero in oratione post reditum ad Quirites. Orofius tamen negat, eum à quoquam reuocatum fuisse, sed literarum studiis contentum ibi consenuisse. huius Metelli reditum eleganter describit Appianus bellorum ciuiliū libro. primo. Cum ludis forte.) Ludi in plurali dicuntur spectacula publica. In theatro.) Theatrum Latinè uisorium à Cassiodoro, à Cypriano speculatorium dicitur (est autem ædificium, in hemicycli speciem factum, ad uidentia spectacula idoneum. Spectaculum finiretur.) Spectaculum hic pro ludis ponitur, quanuis spectacula loca sint erecta, vt ex his ludi spectentur. Itaque spectare ludos dici oportet. non vt vulgo loquuntur, aspicere, aut uidere. Metellum fororis suæ uirum.) Hoc enim munus funebres dicendū orationes, propinqui, aut amici assumebant: vt scribit Alex. ab Alex. libro. 3. cap. 7. Leges detrectat.) Detrectare, est uitare, auersari, fugitare, & restitare. Lege Budæum in secundis annotationibus in Pandectas.

De Qu. Metello Pio.

Cap. 63.

Quintus Metellus Pius Numidici filius, Pius, quia patrem lachrymis & precibus assiduè ab exilio reuocauit. Prætor bello sociali Q. Pōpeium Marforū ducē interfecit. Cōsul in Hispania, Herculeios fratres oppres-

fit: Sertorium Hispania expulit. Adolefcens in petitione Præturæ & pontificatus, consularibus viris prælatus est.

PIVS quia patrem.) Eo quòd à Furio Tribuno patris reditum exorauit, Pius est cognominatus: huius etiam rei meminit Cicero in oratione post reditum ad Quirites. Est autem pietas iustitia aduersus deos, vt ait Cicero in libro de Natura deorum primo, quæ etiam ad parentes, & propinquos extenditur. Valerius tamen huius Metelli mutationem, & animi, & morum hisce verbis commemorat: Et cuius adolefcetia priscos vidit mores, senectus nouam est exorsa luxuriam. Prætor bello sociali.) Bellum sociale, præter T. Liuium scribunt Val. Maxim. libro octauo capite octauo. Appianus libro primo bellorum ciuilium, & Plinius libro 33. capite primo. Cœptum est autem bellum sociale, anno ab Vrbe condita 662. teste Plutarcho in Sylla. Orofius tamen cœptum fuisse tradit, anno ab Vrbe condita 659. Fuit autem sociale, quod cû socii populis gestum est: dictum est & Marficum, quoniam ex Marfis rebellandi suscitatum fuerat initium. Omne autem Latium, Picenum, & Hetruria omnis atque Campania, postremo Italia contra Romam consurrexerant. Marforum ducem.) Marfia Italiæ regiuncula vltra Picenum, Samnites versus, à Marfo Circes filio dicta, vnde Marfi. Constat autem Marforum, & aliorum exercitum fuisse ad centum milium numerum. Romani æqualem propè exercitum habuerunt. Herculeios fratres.) Herculei viri fuerunt Romani, qui Marianas partes cum Sertorio fouerunt. Sertorium Hispania expulit.) Sertorij vitam lege apud Plutarchum, & Val. Maxim. libro primo cap. de simulata religione, hic Sertorius ceruam candidam insignis formæ, per Lusitaniam ducebat, & ab ea, quæ agenda, aut vitanda essent moneri se asseuerabat. Adolefcens in petitione præturæ.) Ante præturam gerebatur quæstura, & ædilitas, Est autem præturam petere quod vulgò brigare dicimus. Gellius libro 15. ca. 27. comitorum rationem pulchrè exprimit. Et pontificatus.) Pontificia comitia sunt, quæ alio nomine Calata nuncupantur. sunt autem Calata comitia, quæ pro collegio pôtificum, aut regis sacrorum, augurifve, aut flaminis inaugurandorum causa fiunt. Nam vt hi crearentur, & in collegium admitterentur, sacrisque præfici possent, in iis decernebatur, Consularibus viris prælatus est.) Qui dicatur consul, & quis consularis, docet Budæus in annotationibus in Pandect.

De Tiberio Graccho.

Cap. 64.

Tiberius Gracchus Africani ex filia nepos, Quæstor Mancino in Hispania fœdus eius flagitiosum probauit, Periculum deditiois eloquentiæ gratia effugit. Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus mille agri iugera haberet. Octauio collega intercedente, nouo exemplo magistratu abrogauit. Deinde tulit, vt ea familia quæ de Attali hæreditate erat, ageretur, & populo diuideretur. Deinde quum prorogare sibi potestatem vellet, aduersis auspiciis in publicum processit, statimque Capitolium petiit, manum ad caput referens, qua salutem

suam populo commendabat. hoc nobilitas ita accepit, quasi diadema posceretur. Segniterque cessante Mutio Consule, Scipio Nasica sequi iussit, qui saluam Rēpub. vellent. Gracchum in Capitolium persequutus oppressit. Cuius corpus Lucretij Aedilis manu in Tyberim missum: vnde ille Vespillo dictus. Nasica vt inuidiæ subtraheretur, per speciē legationis in Asiā ablegatus est.

AFRICANI ex filia nepos.) Huius Tyberij Gracchi cum Africano consanguinitatem tractat Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 18. de Gracchis abunde leges apud Plutarchum in Gracchorum vita. Quæstor.) Quæstorem vulgo receptorem appellamus. verum qui quæstores Romæ, quotque fuerint, qualisque potestas eorum, & munus erant, aut iurisdicatio, docet Alexan. ab Alex. lib. 2. capitu. 2. & Gellius lib. 13. cap. 13.

Eloquentiæ gratia) Cic. in libro de Oratore primo, & Gellius libro 10. capi. 3. afferunt hunc eloquentē fuisse, eloquentiorem tamen C. Gracchum fuisse constat. Cicero in lib. de Offic. 2. Ius ciuile commendat: sed ei eloquentiam anteponit. Trib. plebis legem tulit) Lex hæc Agraria est appellata, cuius originem copiose describit T. Linius lib. 2. ab vrbe condita, & Appianus libro 7. Octauio collega intercedente) Crebra Romanorum rogatione, intercessit Octauius Tribunus plebis, quare Tribunatu cinctus est: de quo Appianus. Intercedere autē est id quod vulgo se opponere dicimus.

Magistratu abrogauit) Septem modis ex iure concessis fieri constat abrogationem. Deinde tulit vt ea familia) Familia hoc in loco significat res omnes, & mobiles, & immobiles, quæ testamento Attali, populo Romano obuenebant: sic etiam sumitur in lege 12 Tabularum, Agnatus primus familiam habeto. Quæ de Attali hæreditate erat) Attalus Asiæ rex, eo regno à populo Romano donatus, cum liberos non haberet, populum Romanum hæredem fecit, Appiano teste bellorum ciuiliū libro quinto.

Deinde cum prorogare) Hic prorogare, est id quod vulgo continuare dicimus, seu prolongare. Aduersus auspiciis) Auspicia enim omnibus magistratibus data, testatur Budæus in annotationibus in Pandectas, & magistratus honoresq; geri vltra annum lege annaria prohibitum fuisse, scribit Alex. ab Alex. libro quarto cap. 6.

In publicum processit) Vulgo dicimus in vicum. Statimque Capitolium petiit.) Cum Gracchus domo egrederetur, nunquam minus terna, aut quaterna hominum milia eum sequebantur. Hoc nobilitas ita accepit) Nobilitas est generis vel alterius rei excellentia, & dignitas: hic tamen pro nobilibus sumitur, vt apud Ciceronē pro Plāco, & Sallustium in Iugurtha, dicentem, commune nobilitatis malum, superbia est.

Quasi diadema posceretur) Diadema regium, tam Romanis, quam exteris gentibus, candidam fasciam esse credunt viri docti, quod insigne à libero patre inuentum annotat Plinius. Segniter cessante Mutio cōsule) Multo fufius hanc leges historiā apud Plutarchum in vita Gracchorum. Gracchum in Capitolium) Huius Gracchi mortem scribunt Appianus lib. 1. bellorum ciuiliū, & Paulus Orosius lib. 5. cap. septimo. Item Alexan. ab Alex. lib. 1. capite 18. Ducenti in ea seditione cum Graccho trucidati sunt, C. Casio Longino & Caio Sextilio consulibus. Oppressit) Opprimere, maius est quàm extinguere, vt licet colligere ex Cicerone in Lælio, cum monet nec extinguendam, nec opprimendam esse amicitiam. opprimitur autem propriè, qui vi, qui subdito, qui multitudine obruitur. In Tyberim missum) Plutarchus edictum fuisse scribit, ne mulieres lugerent. Vnde ille Vespillo dictus) Budæus in Pandectas vespillonem appellat vilem funerarium cadauerum, eo quod tempore vespertino mor-

tuos efferre *soleret*, qui funebri pompa propter *inopiam* non poterant efferri. *Nafica* ut *inuidiæ* subtraheretur) Eorum scilicet qui Gracchorum partes fouerent. Per speciem legationis) id est legationis pretextu. In *Asiam* ablegatus.) *Asia*, pars orbis totius tertia & maxima. Cæterum Varro orbem in duas diuisit partes, *Asiam* & *Europam*. veteres apud Herodotum, in quatuor, *Asiam*, *Africam*, *Europam*, & *Aegyptum*. Recentiores in tres tantum. nam *Aegyptum* *Asiæ* partem faciunt.

De Caio Graccho.

Cap. 65.

Caius Gracchus pestilentem Sardiniam Quæstor sortitus, non veniente successore, sua sponte discessit. *Asculanæ* & *Fregellanæ* defectionis inuidiam sustinuit. Tribunus plebis agrarias & frumentarias leges tulit, colonos etiam *Capuam* & *Tarentum* mittendos cecit. Triumuiros agris diuidendis se, & *Fuluium Flaccum*, & *C. Crassum* constituit. *Minutio Ruso* Tribunus plebis legibus suis abrogante, in *Capitolium* venit: Vbi quum *Attilius præco Oppimij* Consulis in turba fuisset occisus, in forum descendit, & imprudens concionem à Tribuno plebis auocauit. Quare accersitus, quum in *Senatum* non venisset, armata familia *Auentinum* occupauit. Vbi ab *Oppimio* victus, dum à templo *Dianæ* desiliit, talum intorsit, & *Pomponio* amico apud portam *Trigeminam*, *P. Lectorio* in ponte *Sublicio* persequentibus resistente, in lucum *Furinæ* peruenit. Ibi vel sua, vel serui *Euphori* manu interfectus: caput à *Septumuleio* amico Gracchi ad *Oppimum* relatum, auro expensum fertur, propter avaritiam infuso plumbo grauius effectum.

PESTILENTE M Sardiniam) Sardinia hodie vulgo *Sardegna* dicitur. Quæstor sortitus) Scribit *Vlpianus* de officio Quæstoris, *Prouincias* sortiri solitos Quæstos, & committendæ rei militari primum creatos fuisse. Sua sponte discessit) Quia exactum Quæsturæ tempus erat ex præscripto legis, reditus Quæstori mittebatur. nam Quæstura annuus erat magistratus: & ad reliquos honores primus gradus habebatur. Hinc enim aditum ad reliquos magistratus adeundos, aspiciantur *Romani*. *Asculanæ*) *Asculum Piceni* colonia, quæ populo Romano inuisa fuit, quia initio belli *Italici* *Qu. Seruilius Proconsul*, cum omnibus *Romanis* ciuibus, qui in eo oppido erant, occisus est, ut est apud *T. Liuium* lib. 72. Et Fre.

gellanæ defectionis.) L. Opimius Prætor Fregellanos qui defecerant bello sociali in ditionem accepit: & Fregellas diruit, vt ait T. Liuius li. 60. Quare hic C. Gracchus domesticum bellum excitabat.. Trib. ple.) Quid potestatis habuerint Trib. ple. ex oratione pro Cluentio colligere licet. vnde Tribunitia potestas, quæ summa fuit: eoq̄ue in magistratu, alias etiam leges tulit, quarum eodem in loco meminit Cic.

Agrarias) Agraria lex incendium magis vrbi Romæ, quàm lex fuisse videtur: cuius originem copiose describit Blondus de Roma triumphante lib. 4. Item T. Liuius libro 2. ab Vrbe condita persequitur & reliquis libris, quinam huius legis auctores, qui ad promulgandam eam incitatores, & ad suscipiendam hortatores fuerint. Appianus quoque in bellorum ciuiliū descriptione, Agrariæ legis lationem à Graccho factam tradit. Et frumentarias leges tulit) Frumentaria lex fuit, vt semis, & triente frumentū plebi daretur. Colonos etiã) Coloni erant ciues Romani ad urbē aliquam habitandam missi, qui non propriis, sed populi Romani legibus viuebant, hinc est dicta colonia. Vide posteriores Budæi annotationes in Pandectas. Capuam) Capua totius Italiæ vrbs est fertilissima, quam M. T. Cicero appellat multis in locis, horreum legionum, & annonæ solatium: nam magnos populi Romani sepe pavit exercitus. Et

Tarentum) A Thara Neptuni filio Tarentum ciuitatem conditam scribit Boccatius lib. 10. cap. 13. quanuis Iustinus velit à Spuriis Spartanorum conditam. Seruius ab eisdē duce Pallanto non conditam, sed restauratam confirmat. Triumuiros) De quibus Fenestella cap. 18. de magistratibus, & Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 16. horum autem officium erat, vt agros nouis colonis diuiderent, vrbes designarent, ædificare volentibus areas partirentur. Et C. Crassum) Scribunt nonnulli Cn. Carbonem, non C. Crassum tunc ex triumuiris fuisse cum Graccho.

Attilius præco Opimij Consulis.) Præter lictores consulem comitabantur accensus & præco: qui dicto Consulis alteriusue magistratus, ad imperiū nutūque præsto essent: accensus vt ad concionē: præco vt ad comitia Quirites aduocaret. In forum descendit) Forum Romanum intellige, quod inter Capitolium & Palatium fuisse constat, vbi Rostra, edes Saturni, Castoris, & Pollucis templa fuere, ad quod populus frequens conueniebat, sicut ad Comitium Senatores.. Concionem) Deliberatiuæ orationes, non modo in senatu, sed etiam ad populum Romanum haberi solebant: quæ tum conciones appellabantur. Duplicē autem concionem fuisse certum est: legitimā, quæ fixa stataque ter in mense habebatur: & conuocata siue indicta, quæ repente noua quadam de causa fiebat. hanc igitur concionem conuocata fuisse intelligas.

A Trib. pleb.) Minutio Rufo scilicet. Auocauit) id est impedimento fuit ob tumultum, ne concio fieret. Quum in senatum non venisset) Quo tempore senatorij muneris cœperit esse reorum iudicatio, docet Budæus in Pandectas. Armata familia) Familiam multis modis dici Paulus Iurisconsultus scribit lib. Digestorum 50. de verborum, & rerum significatione. Hic autem pro seruorum multitudine dici non dubito. Auentinum occupauit.) Pugna in hanc in Auentino monte fufius scribit Orosius lib. 5. ca. 7. Verum de Auentino monte antea satis dictum esse puto. Vbi ab Opimio victus) Qui tum consul erat: ipseque

Castoris in templo ac Pollucis rei euentum quietus expectarat diu: itaque ex factione Gracchi, ducenti quinquaginta homines in Auentino monte cæsi referuntur. Dum à templo Dianæ) Diana templū in Auentino monte situm erat: quod tantæ religionis fuisse creditur vt illic dicatæ virgines super prunas nudis pedibus ambulabant innoxia. Apud portam Trigemina) Trigemina porta aliquando Hostiensis, quod Hostiam versus sit, appellata est: à Trigemini autem fratribus Horatiis, Trigemina portā sunt qui dici putent. In ponte Sublicio) Vnde dictus sit pons Sublicius, vide apud Vall. in Bartholomæū Facciū. In lucū Furinæ peruenit) Lucus est nemus arboribus densum, diis sacrū. De Furina lege apud Varronē de Lingua Latina. Vel

Seruus Euphori) Seruum hunc Philocratem appellat Plutarchus, nō Euphorū. Mortē huius Gracchi scribunt Appianus bellorū ciuiliū lib. 1. Orosius lib. 5. cap. 11. Valerius

Max. lib. i. cap. de somniis. A. Gellius lib. ii. ca. 13. cæterum & Alex. ab Alex. lib. secundi cap. 18. scribit, C. hunc Gracchum apud Calphurnium fornicem, iuxta regiam Anci Martij, subsellij fragmēto ictum occubuisse. Caput. Nam promissum erat in principio pugnae, ut qui C. Gracchi caput referret, æquum auri pondus ex publico acciperet. huius rei meminuit Plinius lib. 33. ca. 3. Plutarchus & Appianus tradunt huius Gracchi corpus in Tyberim proiectū fuisse. Orosius tamen asserit, ad Corneliam matrem Missenum oppidum deuectum esse, eò enim secesserat post prioris filij cædem. Infuso plumbo Septumuleius in caput Gracchi, detracto cerebro plumbum infuderat. in hunc igitur modum, secundi Gracchi seditio extincta est. Tum Senatus Concordiæ templum in foro sibi erigi mandauit.

De Liuiio Druso.

Cap. 66.

Marcus Liuius Drusus genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus & superbus, Aedilis munus magnificentissimum dedit: & ibi Rubrio collegæ quædã de utilitate Reipublicæ suggerenti, Quid tibi, inquit, cū Repub. nostra? Quæstor in Asia nullis insignibus uti voluit, ne quid ipso esset insignius. Trib. plebis Latinis ciuitatem, plebi agros, equitibus curiam, senatui iudicia permisit. nimix liberalitatis fuit. Ipse etiam professus. nemini se ad largiendum præter cælum & cœnum reliquisse. Ideoque cum pecunia egeret, multa contra dignitatem fecit. Magulsam Mauritaniæ principem ob regis similitudinem profugum, accepta pecunia Bocho prodidit: quem ille elephanto obiecit. Adherbalem filium regis Numidarum obsidem domi suæ sumpsit, redemptionem eius occultè à patre sperans. Cepionem inimicum actionibus suis resistentem, ait de saxo Tarpeio præcipitaturum: Consuli legibus Agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret è naribus: quæ ille luxuria comprobans, morti iam detrudi se dicebat. deinde ex gratia in inuidiam venit. nam plebs acceptis agris gaudebat, expulsi dolebant, equites lecti lætabantur. Senatus permisis iudiciis exultabat: sed societatem cum equitibus ægre ferebat. Un-

de Liuius anxius, vt Latinorum postulata differret, qui promissam ciuitatem flagitabant, repente in publico concidit siue morbo Comitiali, seu hausto caprino sanguine semianimis domum relatus. Vota pro illo per Italiam publicè suscepta sunt: & quum Latini Cōsulem in Albano monte interfecturi essent, Philippum admonuit vt caueret. Vnde in Senatu accusatus, quum domum se reciperet, immisso inter turbam percussore corruit. Inuidia cædis apud Philippum, & Cepionem fuit.

GENERE & eloquentia magnus.) Drusus hic nobilissimus, potentissimus, eloquentissimus, & sanctissimus fuit: verum eloquentiam in Republi. tatum posse, quantum in bello gladium, Demetrius Phalereus dicebat. Cicero in libro de Claris oratoribus, primam artem eloquentiam, & secundam iuris ciuiliis scientiam appellat. Sed ambitiosus.) Ambitionis duo esse genera scripsimus cap. quadragesimo quarto. Et superbus.) Ob genus & eloquentiam, quæ duo potissimum hominis animum atollunt. Itaque illud Sall. verissimum esse puta, Commune nobilitatis malum superbiã esse. Aedilis munus magnificentissimum.) Publicos ludos intellige, vnde Aedilitiũ munus ludos Cicero appellat lib. Offic. 2. Quauis Quæstores & prætores, ludos quoque nonnunquam facerent: ludorum tamen splendor ædilitatis erat. hoc autem ambitionis exemplum est. Quid tibi inquit. Hoc exemplum est superbiæ. Nullis insignibus.) Extra urbem Quæstori facibus & licitoribus vt interdum, cum securibus licebat: in vrbe vero neutiquam. Ne quid ipso esset insignius.) Alterum est superbiæ argumentum. Tribunus pleb.) Non multis post occisum Saturninum annis, Drusus factus Trib. plebis, meliore animo quàm fortuna vsus est. Latinis ciuitatem.) Italos ciuitate donaturum se promiserat Drusus: idque potissimum exoptabant Itali, quasi subinde ex subditis futuri duces. Plebi agros.) Ex Attali hæreditate. Equitibus curiam, id est, effecit, vt equa parte iudicia penes senatum & equestrem ordinem essent. Curiam hic accipit pro senatu, sic & apud T. Liuium & Plinium curiam pro Senatu accipi videmus. Senatui iudicia permisit.) C. Gracchus legem tulerat, vt soli equites iudicarent, qui annos prope quinquaginta iudicauerunt, author est Velleius Paterculus, & T. Liuius libro 71. Item Appianus libro primo bellorum ciuilium. Nimiã liberalitatis fuit.) Amor & gratia mouentur opinione & fama liberalitatis, vt ait Cicero Offic. libro secundo. Est autem liberalitas duplex, altera in dâdo, altera in accipiendo, ea quæ in dando est, magis est difficilis: quo autem difficilior, hoc præclarior. Ipse etiam professus) Fatemur priuatim, profitemur largè & palam. Ad largiendum.) Largiri ferè in mala re semper vsurpat Cic. vt prodigalitatē sit, aut dare hominibus ad corruptelam, vt testibus, vt iudicibus. Contra dignitatem, id est, contra æquitatem. Drusus enim octauam partem æris, argento miscuit, vt scribit Plinius libro 33. capite 3. Dignitas autem omnis ex virtute fit. Itaque dignitatem appellant Latini existimationem quæsitam claris rebus gestis, magnificamque opinionem. Mauritaniã principem) Mauritania Africæ regio est extrema, versus Gaditanum mare: quæ olim dicta est Tingitana. nunc diuisa in prouinciã Tanger regnũ Fiez, & prouinciã Marruecos.

quanquam sunt qui addant prouinciam Afaphi, vbi est Afamor. Ob regis simultatem.) Simultas odium est, potestque à simulatione dicta videri, vt scribit Festus. Bocho prodidit.) Tum Bochus imperabat in Mauritania: cui successit Iuba. Elephantobio obiecit.) Deuorandum scilicet. Cæterum de elephanti natura Plinius libro septimo capite primo. Adherbalem filium regis.) Hanc rem fusius leges apud Sallustium, in bello Iugurthino. Obsidem.) Obses est, qui datur à victo, victori. Cepionem inimicum.) Ex inimicitis Cepionis huius & Drusi, origo socialis belli fuit, vt testatur Afconius & Valerius Maximus. Inimicitiarum vero causam scribit Plinius libro tricesimotertio capite primo. Actionibus suis.) Sumitur actio pro omni operatione atque actu, vt ait Cicero Offic. libro primo. De saxo Trapeio.) Erat rupes vasta in Tarpeio foro superstans, vnde nefarij præcipitabantur. Consuli legibus agrarijs resistenti.) Quint. Cæcilius Metellum Numidicum intellige, de quo superius capite 62.

In comitio.) Locum intellige eum, in quo populi Romani conuentus, & conciones ad populum fiebant in vrbe prope forum, & Curiam Hostiliam. Morti iam detrudi se dicebat.) Animus appropinquante morte, multo est diuinior. Diuinare autem morientes, author est Cicero in libro de Diuinatione primo. Idemque primo Quæstionum Thusculanarum. Item Possidonius dicens, Rhodium quendam morientem sex æquales nominasse, & dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset. Ex gratia in inuidiam venit.) Quare senatorum & equitum Romanorum odium incurrerit, scribit Appianus libro bellorum ciuiliū primo. Nam plebs.) Solus populus coloniarum deductione lætabatur. Societatem.) Nam, vt diximus antea, æqua parte iudicia penes senatum, & equites erant. Vnde Liuius anxius.) Nam Tyrreni, Vmbri, atque Itali, Romam venerant, re quidem vt Drusum interficerent, verbo autem vt in legem conclamarent. Siue morbo comitali.) Lege Gellium libro decimo septimo. cap. decimo quinto. Cæterum morbus hic, magis viros, quàm mulieres infestat, de quo Celsus multa. Plinius, Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit attollitque, & folia heliotropij contradictionibus medentur, etiam si id comitaliter accidat. Verum qui eo vexantur morbo, in æde sacra virginis Mariæ, pietate diuina, & diui Ioannis Baptistæ precibus apud Ambianos quotidie curari videntur. Seu hausto caprino sanguine.) Lege Plinium hac de re scribentem lib. 28. cap. 9. Semianimis.) Semis in compositione dimidium significat eius cui adiungitur: quo vocabulo rarissime extra compositionem vtimur. Vota pro illo.) Pro quibus, & quo modo vota suscipiebantur, docet Alex. ab Alex. lib. 3. 22. In Albano monte.) Albanus mons Albam & urbem Romam tractu pari fere disiunctus, In eo monte Albam ciuitatem à Iulio Afcanio conditam esse dicit Boccatius. Corruit in atrio domus suæ, se percussum exclamauit, vixque finito clamore in terram concidit, eoque in modo Drusus ab incerto auctore occiditur cultro furor in fœmore eius relicto. Inuidia cædis.) id est, L. Philippus consul, & Q. Cepio in suspicionem factæ cædis venerunt.

De Caio Mario patre.

67

Caius Marius septies Consul: Arpinas humili loco natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello in Numidia, criminando Consulatum adeptus, Iugurtham captum ante currum egit: in proximum annum Consul vltro factus: Cymbros in Gallia apud aquas Sextias, Theutonas in Italia in campo Claudio vicit, deque his triumphauit. Vsq̄ ad sextum consula-

tum per ordinem factus, Apuleū Saturninū Trib. pleb. & Glauciam Prætorē seditiosos ex senatusconsulto interemit. Et cū Sulpitia rogatione prouinciā Syllæ eriperet, armis ab eo victus, Minturnis in palude latuit. Inuentus, & in carcerē coniectus, immissum percussorē Gallū vultus autoritate deterruit, acceptaque nauicula in Africā traiecit: ibi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, ruptis ergastulis, exercitum fecit: cæsisque inimicis iniuriā vltus, septimo Consulatu, vt quidam ferunt, voluntaria morte decessit.

C. MARIUS) Hic Marius obscuro genere natus, facinorum militarium commendatione ad Rempu. accessit. Arpinas) Arpinum vrbs quondā in Samno Atinæ propinqua, huius Marii, & Ciceronis origine clara. Primis honoribus per ordinem) id est gesta quæstura, ædilitate, & prætura, ad consulatum euectus est. Legatus Metello) Qu. Cæciliū Metellum intellige, qui Numidicus est cognominatus. Consules autem profecturi in prouinciam, legatum sibi eligebant. Deinde consulum alter ad senatum referebat, quid sibi ea de re placeret, senatus constituebat, vt est apud Cice. in oratione pro lege Manilia. In Numidia) Numidia pars Africæ minoris, teste Ptolemæo. Criminando consulatum adeptus) id est frequenti legatorum postulacione, qui in Africa erant, vt Marius Consul. eligeretur. alioqui bella nunquam finem acceptura, quæ aduersus Barbaros illos gerebantur. Ante currum egit) Hic agere, vt multis aliis in locis, ducere significat. fuitque moris apud Romanos, vt victoris currum præcederet. Consul vltro factus) id est non ambiens consulatum. Cymbros) De bello Cymbrico Plut. in vita Marii, & Appianus de bellis ciuilib. libro primo. In eo prælio profligatus Marius, in somnis præmonitus est victoriam consequuturum se, si prius diis victimam filiam Calphurniam nomine faceret: patriæ igitur charitati natura postposita, eo facto victoriam sibi comparauit. Quocirca principes ciuitatis, alioqui ei inuidentes, quod nouus homo esset, conseruatum ab eo rempublicam fatebantur: vt scribit T. Liuius libro sexagesimo octauo. Eusebius ait ducenta Cymbrorum milia cæsa, supra vero octoginta milia capta. Liuius refert centum quadraginta milia cæsa, capta vero sexaginta milia. Orosius tamen haud ita sentit libro quinto. cap. 18. Apud aquas Sextias) Iuxta Narbonem fluuium, supra Mæotim. aquæ erant Sextiæ nunc A quensis ciuitas, quam Sextius dux Liuius teste, reductis in potestatem Sallybus ædificauit: vbi erant aquæ calidæ. Theutonas) Theutoni populi Germaniæ, de quibus lege Pomponium Melam libro tertio, capite tertio. Hi duce Theutoloco Romanorum fines inuaserunt, anno ab vrbe condita sexcentesimo quadragesimo. In campo Claudio) Scribit Plut. in vita Marii, apud Vercellas Ligurum ciuitatem, haud procul à radicibus Alpium. tunc dimicatum fuisse. Alii in campo Saudio, alii demum apud fluuium Thifonem. Vsq̃ ad sextum consularum.) Obseruet iuuentus, Consul is olim munus fuisse, quod hodie est Prætoris, respondere scilicet de iure controuerso, bonorum possessionem dare, hæredes in defuncti bona admittere, ius atque iudices constituere: dolo vel metu lapsis, vel vi deiectis succurrere, & c. Apuleium Saturnium) is est qui Apuleiam legem tulit, de quo capite sexagesimo secundo. Ex senatusconsulto) Ob quasdam seditionum suspiciones senatus mandauit C. Mario & L. Valerio consulibus, vt Lucius Saturninus

occideretur, estque eo ipso die interfectus, ut ait Cicero in uelutiua prima in Catilinā, sed cum difficile populus cōgregaretur, cura Reipublicæ ad senatum deducta est, id quod senatusconsultum uocatum est, & Dictatori, Cōs. Prætoribus, Tribunis pleb. Interregi, & Præfecto urbis, solis ius fuit senatusconsultum faciendi. Interemit.) In foro, ut scribunt Plutarchus in uita Marij, & Appianus libro primo bellorum ciuiliū. Sulpitia rogatione.) Post rogationem Sulpitij qui tum Tribunus pleb. erat. Per prouinciam autem Asiam intellige. Prouinciam Syllæ eriperet.) De hac inter Syllam & Marium dissensione. de proconsulatu contra Mithridatem plura leges apud Plutarchum. Minturnis.) Minturnæ Campaniæ oppidum, habens paludes propinquas, nunc Castellum, vulgo traiectum dicitur. Percussorem Gallum.) Galatam hunc appellat Appianus. Vultus auctoritate deterruit.) Nam fertur ingentem flammam ex Marij oculis apparuisse, eratque cubiculum, in quo seruabatur Marius, subobscurum. Acceptaque nauicula.) A Belæo quodam. Cic. pro Plancio de Mario loquens ait, Quod nauigium dederunt, quod eum linquentem terram, quam seruauerat, lachrymis uotisque omnibus persecuti sunt. Tullius 1, de Oratore, nauiculam duorum scalmorum uocat: quod nauigiolum dixit Lentulus. Veneti Gondulam dicunt. In Africam traiecit.) Primo in insulam Aenariam appulit, hinc cum aliquot amicis in Libyam traiecit, ac tandem in Siciliam peruenit. Cinnana dominatione.) Per dominationem hanc, tyrannidem intellige, ita usurpat Cic. in oratione pro Cn. Plancio. Seditio nem inter Cinnam, & Octauium Cōsules, copiose tradit Liuius. Exercitum fecit.) Armavit enim naues 40. Cæsisque inimicis.) Cn. Octauio Cōs. M. Anthonio Oratore, & L. Cæsare, quorum capita in Rostris sunt posita. Iniuriam ultus.) Vlscisi sapius dicimus eum qui læsit: sed iniuriam & mortem vlscisi dicimus. Septimo consulatu.) Ferunt inter primum illius & ultimum consulatum, annos 45. intercessisse. Voluntaria morte decessit.) 73. suæ ætatis anno.

De Caio Mario filio.

Cap. 68.

Caius Marius filius uigintiquinque annorū Consulatum inuasit: quem honorem tam immaturum mater fleuit. Hic patri sæuitia similis, curiam armatus obsedit, inimicos trucidauit, quorum corpora in Tyberim præcipitauit. In apparatus belli, quod contra Syllam parabatur, apud Sacriportum uigiliis, & labore defessus, sub dio requieuit, & absens uictus, fugæ, non pugni interfuit. Præneste refugit, ubi per Lucretium Offellam obsessus, tentata per cuniculum fuga, quum omnia septa intelligeret, iugulandum se Pontio Thelesino præbuit.

VIGINTI quinque annorum.) C. Marius. C. Marij filium, ante annos uiginti Consulatum per vim creatum fuisse T. Liuius lib. octagesimo sexto memoriæ tradit. Tam immaturum.) Vlpianus libro Digestorū primo, titulo de Officio consulis, ait ante annū 20. consulatum fieri posse: consulatum tamen, Romæ ante 25. annum nemini licebat petere. Mater.) Cornelia scilicet. Hic patri sæuitia similis.) Mortuo patre

tantum crudelitatis Marius iunior ostendit, primores, atque optimates occidendo, vt intra paucos dies, reuiuiscntem patris tyrannidem Romani sentirent. Curiam armatus obsedit.) Curia per se quid significet ostendit Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 16.

Inimicos trucidauit.) Inimicorum reliqui Prænestæ sese receperant, vt est apud Plutar. in Mario. Inimicus autem priuatus est: hostis verò publicus. In apparatu belli, id est in præparatione. apparatus autem belli vocamus, quæ ad bellum quodâ decore & ornatu aptantur. Contra Syllam.) Nimirum iniuriæ patri illatæ memor, per eundem Syllam à quo fugatus fuerat. Apud sacriportum.) Sacriportum intel-

lige locum esse in vrbe pallatio propinquum, quo in loco, & apud portam Collinam octoginta Marianorum milia ibi fusa dicuntur: vndecim milia sese dederunt, Oro- sio teste. Sub dio requieuit.) Requiescere dicitur is, qui est insolens & inquietus quum cessat, vt ait Donatus in Andriam Terentij. Fugæ non pugnæ interfuit.)

Nam Prænestæ sese contulerat, quò 13. milia pondo auri detulerat, ex delubris plurimarum ædium sacrarum, in incendio vrbis Capitolinæ anno ab Vrbe condita 671. Prænestæ refugit.) Solinus Prænestæ deducit à Prænestæ Vlyssis nepote, & Latini re-

gis filio. Olim Polystephanos dicebatur, id est, multarum coronarum. Alij à Cæculo Vulcani filio conditam ferunt: vt est apud Virg. lib. Aeneid. 7. Per Lucretium Offellam.) Hunc Lucretium Offellam alij Afellam dicunt, qui à L. Labieno centurione Syllæ iussu in medio foro tadem occisus est. Tentata per cuniculum fuga.)

Tentare in hac significatioue dicimus experiri rem, quæ firma sit. Est autem Cuniculus subterranea fossa, per quam mœnia suffodi solent: Varrone teste lib. 3. cap. 12. Cum omnia septa intelligeret.) Nam Sylla Mario intra Prænestæ occluso, urbem fossa circumdederat, muris longo interuallo additis. Iugulandum se Pontio.) Sibi ipsi manus intulit violentas, Plutarcho teste, quod olim apud nonnullos laudi fuisse testatur Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 27. verum Lucretius Marij ceruicem abscidit, & ad Syllam misit: quam Sylla in fori medio cum appendisset, ridens Romana iuuentus dixit remigem prius esse oportere, quàm ad gubernacula admouere manus. Itaq; mortuo Mario consule interrex creatus est L. Valerius Flaccus.

De L. Cornelio Cinna. Cap. 69.

Lucius Cornelius Cinna flagitiosissimus Remp. summa crudelitate vastauit. Primo cōsulatu legem de exulibus reuocandis ferens, ab Octauiio collega prohibitus, & honore priuatus, vrbe profugit: vocatisque ad pileum seruis, aduersarios vicit. Octauium interfecit, Ianiculum occupauit. Iterum & tertio consulem se ipse fecit. Quarto consulatu quum bellum contra Syllam pararet, Ancone ob nimiam crudelitatem, ab exercitu lapidibus occisus est.

VASTAVIT.) Vastare ciuitatem aut Rempub. dicitur is, qui ciues occidit, aut per superbiam, auaritiam, aut crudelitatem profugere cogit. Primo consulatu.)

Tum primo designatus est Consul, cum L. Cornelius Sylla ad bellum Mithridaticum profectus est. Legem de exulibus reuocandis.) Perniciosas leges per vim ferre conatus est, aduersante Cn. Octauiio Collega. reuocauitque C. Marium patrem ab exilio, vt est dictum ca. 67.

Ab Octauiio collega prohibitus.) Inter Cinnam & Octa.

C. PLINII.

uium consules diffensionem *prolixè* satis describit Appianus libro bellorum ciuiliū primo. Et honore priuatus.) id est consulatu, eiusque loco Lucium Merulam flaminem Dialem instituit. *Vrbe* profugit.) Capuam fugit, vbi alius Romanorum re-
sedeat exercitus. Vocatisque ad pileum seruis.) Per præconem annunciari man-
dauit, daturum se seruis libertatem, qui ad eum confugissent. Tum properè ingens
transfugarum multitudo ad eum venit. est autem ad pileum vocare, inuitare ad liber-
tatem, aut promissis ingentibus seditionem commouere. Nam qui manumittebantur,
raso capite pileum accipiebant. Vide Gellium libro septimo ca. 4. & Alexā. ab Alex. lib.
4. capit. 10. Item Budæum in annotationibus in Pandect. Aduersarios vicit.) C.
Octauium consulem, multos senatores, non paucos ex equestri ordine Q. Catulum, L.
Merulam flaminem Dialem, M. Antonium & C. Cæsarem duos oratores clarissimos
patrem & filium, aliosque innumerabiles aduersæ partis nobiles. Cæsa tamen sunt eo
die in foro vrbs Romæ, octo fugitiuorum milia, Orosio teste. Ianiculum occupa-
uit.) Per Ianiculum portam vrbs Romæ intellige, vnde sit dictum Ianiculum, docet
Virg. libr. 8. & Ouidius in Fastis. Quaternis autem castris obsidebat Romam Corne-
lius Cinna: quibus præerant Cinna & Carbo ex opposita vrbs parte, Sertorius vrbi de-
super, Marius autem mare versus: & imposito Tyberi ponte comteatum Romam ve-
nientem intercipiebant. Iterum & tertio consulem.) Quo pacto iterum & tertio
consulem se ipse fecerit, lege apud Appianum lib. de ciuilibus Romanorum bellis pri-
mo. Se ipse fecerit.) Facere consulem, aliosque magistratus solet dicere Cicero
potius quam creare. Cum bellum contra Syllam pararet.) Decreuerat Cinna in Li-
burniam proficisci, quod milites recusabant. Anconæ.) Ancona colonia à Siculis
condita, in 5. Italiae regione, opposita promontorio Cumeri: cuius situm lege apud Pli-
nium lib. 2. cap. 27. & lib. 3. cap. 13. Ob nimiam crudelitatem.) Nam Cinna milites in
concionem, eos veluti reprehensurus, aduocauerat. Lapidibus occisus est.) La-
pides quidem in eum emissi sunt, Appiano teste: qui vero proprios aderat exercitibus
Cinnam inuaserunt, eoque modo, consulatum adhuc gerens est interfectus Idi-
bus Ianuariis. Itaque Cinna quam armatus Remp. seruauerat, eam postea togatus e-
uertit, quo interfecto eius collega Cn. Papyrius Carbo, magis seditiosus, exercitum pa-
rauit contra Syllam è bello Mithridatico redeuntem.

De Flauio Fimbria.

Cap. 70.

Fl. Fimbria (sæuissimus quippe Cinnæ satelles) Va-
lerio Flacco Consuli legatus in Asiam profectus, per si-
multatem dimissus, corrupto exercitu, ducem interfi-
ciendum curauit. Ipse correptis imperij insignibus, pro-
uinciam ingressus, Mithridatem Pergamo expulit. Illū
vbi tardius portæ patuerunt, incendi iussit, vbi Miner-
uæ templum inuiolatum stetit, quod diuina maiestate
seruatum nemo dubitauit. Idem Fimbria militiæ prin-
cipes securi percussit: mox à Sylla Pergami oppressus
correpto exercitu desertus, semet occidit.

SAEVISSIMVS.) T. Liuius dicit libro 82. vltimæ audaciæ hominem fuisse

C. Fimbriam: de cuius sæuitia, & inhumano viuendi modo plura leges apud Plutarchum in vitis Syllæ, & Sertorij. *Satelles.*) *Satelles*, miles est mercede conductus, vt ab imperatoris latere non discedat, aut qui fontibus capiendis præest. *Legatus.*) *Legatum* bellicum intellige, qui ablente c o s s. summam teneret imperij, cuius officium & auctoritatem scribit Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 3. *In Asiam profectus.*) vt Syllæ succederet aduersus Mithridatem. *Per simulat em.*) *Simultas* est apertum odium, Donato teste: Festus tamen à simulatione dici posse putat. *Dimissus.*) Is enim propter auaritiã exercitui suo inuisus fuit. *Corrupto exercitu.*) *Corrumperere* est subornare, inuitare, & illicere muneribus. *Ducem interficiendum curauit.*) L. Valerium Flaccum intellige interemptum in Bithynia. *Imperij insignibus.*) *Imperium* significat Asiam, quam obtinebat Flaccus consul. erant autem consularis insignia 12. fascès, lictores totidem, purpura prætexta, & sella Curulis. *Prouinciã ingressus.*) Asiam scilicet. *Pergamo expulit.*) Pergamus siue Pergamum Asiæ ciuitas insignis, quæ diu sub Attalicis regibus fortunata fuit: tandem Romanorũ prouincia facta est, apud quam chartæ vsus inuentus est, quæ nunc quoque pergæna dicitur. *Vbi tardius portæ patuerunt.*) Nam excludebatur tanquam latro. *Ilium.*) Vndecimo die Ilium cepit, sed gloriant, quòd tam cito urbem cepisset, quam vix anno decimo cum mille nauibus ex tota Græcia ceperat Agamemnon, respondit quidam ex Iliensibus, non enim Hector aderat, qui pro ciuitate pugnaret. Ilium vero regia Priami fuit, quæ & Troia à nomine regionis minoris Asiæ, cognomina nata ab Ilo Trois regis filio: de qua Strabo lib. 13. *Vbi tardius portæ patuerunt.*) In primo urbis ingressu, ob equorum multitudinem cadentium, portæ claudi non poterant: Plutarcho teste in vita Sertorij. *Minerue templum.*) Hanc Minerue sacram ædem inter templa diuitiis & sanctitate inclyta, annumerat Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2. Sunt autem qui dicant templa esse singulorum locorum diis attributorum: delubra verò, multarum ædium sub vno tecto à diluuiò pluuiæ munitarum. *Diuina maiestate.*) A maiore maiestas, vt ab honore honestas, auctore Prisciano appellata est. Cæterum maiestas, dignitas & amplitudo est alicuius. *Militiæ principes.*) Hi principes dicebantur, qui meliorem operam nauassent in bello, & in aciebus hastatos sequebantur milites, in quindecim distincti manipulos. *Militiæ autem tria esse genera scripsimus alibi.* *Securi percussit.*) Id est quod hodie vulgo decollare dicimus. *Mox à Sylla Pergami oppressus.*) Sylla Fimbriam sustulit. Mithridatemq; domum cum quibusdam conditionibus remisit, ac Iliæfes multis beneficiis solatus est. *Desertus.*) Hinc desertores patriæ dicuntur milites qui patriam deserunt, quam defendere deberent. *Semet occidit.*) Desperabat enim secum Sylla in gratiam redire posse. mortè verò consciscere sibi. apud quos laudi & apud quos probrò dabatur, docet Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 27.

De Viriato Lusitano.

Cap. 71.

Viriatus genere Lusitanus, ob paupertatem primò mercenarius, deinde alacritate victor. audacia latro, ad postremum dux, bellum aduersum Romanos sumpsit, eorumque imperatorem Claudiũ Vnimanum, deinde C. Nigidium oppressit. Pacem à Popilio maluit integer petere, quàm victus, & quũ alia dedisset, & arma retine ratur, bellũ renouauit. Cepio quum vincere aliter non

posset, duos satellites pecunia corrupit, qui Viriatū hu-
mi depositum perimerent. Quæ victoria, quia empta
erat, à senatu non probata.

GENERE Lusitanus.) Lusitania regio, & pars vltioris Hispaniæ, quam ho-
die Portugaliã appellat, quasi portum Gallorum : lege Ptolemæum & Strab. libro
tertio. Item Pomponium Melam. lib. 2. cap. sexto. Primo Mercenarius.) Mercena-
rius est, qui aliquid causa quæstus facit, vt mercenarius miles, comes, testis, patronus, Ci-
cerone teste lib. Officiorum 2. Vix annos 14. natus aduersum Romanos vario Marte pu-
gnauit. Alacritate victor.) Alacritas hic sumitur pro celeritate & promptitudine:
Hæcque potissimum in duce requiritur. Audacia latro.) Audacia propriè est vi-
tium, cum quis circa res formidolosas excedit confidendo, plusque habet fiduciæ quàm
oportet, vbi sunt pericula, quæ paruifaciens imprudenter aggreditur: & fere in malam
partem audacia sumitur. Latro autem is est, qui spe prædæ hominum vitæ insidiatur,
quales sunt grassatores. & viarum, obsessores. Ad postremum dux.) Celtiberorum
scilicet. Bellum aduersum Romanos.) Cedere se Romanis equitibus simulans, vsque
ad locum voraginosum & præaltum eos perduxit: & cum ipse per notos sibi transitus
euaderet, Romanos ignaros locorum, immerfosque limo, cecidit. Lege Sextum Iulium
Frontinum libro 2. cap. 5. de insidiis. Claudium Vnimanum.) Marius Ventidium
prætorem, fuso eius exercitu cepit C. Plancium prætorem alium, & Claudium Vnima-
num superauit. C. Nigidium.) Cū Claudio Mimerio, Publio Sarrano, & C. Attilio.
c o s s. Pacem à Popilio.) Fabium Popilium intellige Romanorum ducentem. Arma
retinerentur.) Peracto enim bello arma deponebantur. Nam pacis, & ocij insigne, to-
ga fuit: arma autem, tumultus & belli. Duos satellites.) Proditores duos, Qu. Serui-
lius Cepio ad interimendum Viriatum misit. Pecunia corrupit.) Verissimum illud
est, Pecuniæ obediunt omnia: itaque Philippus Macedonum rex, putauit nullam arcem
tam munitam esse, quin capi posset, modò asino pateret accessus onusto auro. Quæ vi-
ctoriam, quæ salua fide, & integra dignitate pararetur. de Viriato plura scribunt Orosius
lib. 5. cap. 3. Cic. lib. Officiorum 2. & Eutropius lib. 4. cap. 3.

De M. A Emilio Scauro.

Cap. 72.

Marcus A Emilius Scaurus nobilis, pauper: nam pa-
ter eius, quanuis patricius, ob paupertatem carbonariū
negotium exercuit. Idem primò dubitauit, honores pe-
teret, an argentariam faceret: sed eloquentiæ cōsultus,
ex ea gloriam peperit. Primo in Hispania corniculum
meruit, sub Horeste in Sardinia stipendia fecit. Aedilis
iuri reddendo magis quàm muneri edendo studuit.
Prætor aduersus Iugurtham: tamè eius pecunia victus.
Consul legem de sumptibus & Libertinorum suffra-
giis tulit. P. Decium prætorem transeunte ipso, sedentè

iussit adsurgere, eique vestem scidit, sellam concidit: ne quis ad eum in ius iret, edixit. Consul Ligures & Gantiscos domuit, atque de his triumphauit. Censor Aemiliam strauit, pontem Miluium fecit. Tantumque auctoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam, & Saturninum priuato consilio armareret. Idem filium suum, quia praesidium deseruerat, in conspectum suum vetuit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem sibi consciuit. Scaurus senex quum à Vario tribuno plebis argueretur, quasi socios & Latium ad arma coegisset, ad populum ait, Varius Sucronensis Aemilium Scaurum ait socios ad arma coegisse: Scaurus negat: vtri potius credendum putatis?

N O B I L I S, pauper.) M. Aemilius Scaurus, ex obscura vita, obscuriore genere ortus, nouus homo, & terræ filius est dictus. *Quanus patritius.*) Ita Patritius fuit, ut tribus super eum ætatibus domus eius fortuna iacuerit: nam neque pater, neque auus, neque proauus propter tenues opes, & nullam vitæ industriam, honores adepti sunt, auctor est Pædianus in Scaurum. Patritius autem proprie dicebatur is, qui à senatoribus à Romulo constitutis oriundus esset. *Carbonarium negotium.*) Hic negotium pro occupatione sumitur. *Honores peteret.*) id est, ambiret magistratus. *An argentariam faceret.*) Argentariam facere pro eo dixit, quod est exercere & profiteri artem mensariorum, quos campsores vel banquetarios vulgo nominamus. *Lege annotationes Budæi in Pand.* *Sed eloquentiæ consultus.*) Inter viros doctos ac plane oratores à Cicerone ponitur M. Aemilius Scaurus, his verbis, In Scauri oratione sapientis hominis, & recte grauitas summa, & naturalis quædam inerat auctoritas: non ut caussam, sed ut testimonium dicere putares. *Ex ea gloriam peperit.*) Nam princeps senatus factus est: auctor est Plutarchus de fortuna Romanorum, & Cicero de Oratore secundo. *Corniculum meruit.*) Corniculum ornamentum genus, quo donabantur milites ab imperatoribus pro re bene gesta. *In Sardinia.*) Sardinia hodie vulgo Sardengna dicitur. *Stipendia fecit.*) Stipendium æst est militare, seu premium quod militibus datur. *Vlpianus putat à stipe dictum esse,* quod per stipes modica ara colligebantur: alij à stipe & pondo dictum malunt, quasi stips ponderata sit. *Incipiebant autem apud Romanos stipendia facere anno 17.*

Aedilis iuri reddendo.) Aediles erant curatores vrbs, annonæ ac ludorum solennium, ut est in libro Ciceronis de legibus primo. *Quam muneri edendo.*) Hic tamen M. Scaurus Aedilis tria signorum milia, magno rei miraculo, in scenam produxisse fertur. quid vero sit munus ædilitium, diximus cap. 66. *Prætor aduersus Iugurtham.*) Quamuis prætores ad ius dicendum crearentur, non tamen vacatio à belli cura his dabatur. De prætoris officio & potestate fusius apud Alex. ab Alex. libro secundo cap. 15. & L. Fenestellam de magistratibus Romanorum capite. 19. Item apud Budæum, in suis annotationibus in Pand. *Eius pecunia victus.*) Quæ diximus de vi pecuniæ, consule caput præcedens. *De sumptibus.*) Lege Aemilia non sumptus cœnarum

sed ciborum genus & modus præfinitus est. Huius Aemiliæ legis meminit Aul. Gellius libro secundo capite vicesimoquarto. Et libertinorum suffragiis tulit.) Suffragium enim populus ac vulgus præcipue ferebant, senatores ius suffragii non habebant: duobus autem modis ferebatur suffragium, aut voce, aut tabella cerea, in qua suffragatores puncta facerent. Cæterum Libertinus dicitur, qui iusta seruitute manumissus est, vt dictum est à nobis antea sæpius. Iussit adfurgere.) Honoris gratia, tantus etenim honos consulibus exhibebatur, vt lictores consulibus obuiam venientem de equo descendere iuberent. Eiq̃ue vestem scidit.) Sunt qui putent inter vestem & stolam id esse differentia, vt cum vestis appellatione omne vestimentum comprehendatur, muliebri iuxta ac virile: stolæ mulierum tantum vestimenta intelligantur. Lazarus tamen Baysius has dictiones parum aut nihil inter se pugnare putat, nam auctore Nonio veteres stolam dixerunt omne id, quod corpus tegetet. Sellam concidit.) Hoc infigni Aediles, Prætores, Consules, cum ius dicebant, utebantur. Sella Curulis erat, qua insidentes magistratus & in senatum & in diuersas partes, vbi ius dicendum erat, vehebantur. In ius iret.) Prætor enim vrbanus ius reddebat in ciuitate. Edixit.) Edicere significat iubere, pronunciare, & decernere, estq̃ue proprium magistratum: vnde edicta, quæ sunt Consulium, Prætorum, Aedilium literæ, quibus aliquid imperatur. Consul Ligures.) Hodie Ligures vulgo Genouenses dicantur. Ipsi autem exuti castris, supra quindecim milia eo die occisa, capta duo milia & quingenti. Et Gantiscos domuit.) Lege T. Liuium libro decimo de Macedonico bello. Aemiliam strauit.) Viam subaudi, quæ à Placentia ducebat Ariminum vsque: cuius meminit Strabo libro quinto. Pontem Miluium fecit.) Idem ait Ammianus Marcellinus in rerum gestarum lib. 26. at Scaurum multa post secula fuisse constat, qui Cn. Pópeio adolescente senex erat, vt ait Blondus de Roma instaurata lib. 1. Cæterum Miluius ille pōs, postea Aemilius est appellatus. Opimium contra Gracchum.) C. Gracchum intellige, vt est dictum cap. 65. Marium contra Glauciam.) Intellige C. Marium patrem, vt anno tauimus cap. 67. Priuato consilio armaret.) Consilium est ratio quædam altè petita, & plerunque plura perpendens & comparans, habensq̃ue in se inuentionem, & iudicationem: at per priuatum, consilium clandestinum intellige, id est, non publicum. Idè filium suum.) Cum Catulus consul à Cimbris victus esset, eiusque filius cum aliis multis deserto consule fugisset, misit qui filio dicerent, se libetius in acie interfecti ossibus occursum, quam ipsum tam deformis fugæ reum visurum: auctor est Valerius Max. lib. 5. Quia præsidium deseruerat.) Per præsidium intellige numerum & stationem militum, ad vrbs vel arcis custodiam destinatum. morem fuisse Romani populi Plutarcho in vita M. Crassi dicit, vt milites qui abiectis armis ex acie primi fugissent, indeoque aliis timendi auctores fuissent, in decurias diuiderentur, ex earumque singulis vnus sorte eligeretur, qui in totius exercitus oculis vltimo afficeretur supplicio. In cōspectum suum vetuit accedere.) Huius rei meminit Iulius Frontinus lib. 4. cap. 1. Argueretur, id est, accusaretur: in qua significatione sumitur etiam cap. 33. Quasi socios.) nempe confederatos cum populo Romano populos. Ad arma coegisset, id est, congregasset. dicimus enim cogere iudices, senatum, medicos, agmen, milites, pecuniã aliaque eius generis, pro eo quod est congregare, vt dixit Cicero in lib. Epist. ad Q. fratrem 2. Idem lib. Epistolarum familiarium 5. & in oratione pro L. Murena, dixitq̃; lib. Epist. 4. cogere agmen. Ad populum ait.) Auctore Quintiliano lib. 5. Aristoteles argumentum putat potissimum ex eo qui dicit, si sit vir optimus: proximum si optimus videatur: talis itaque huius Scauri defensio fuit.

De Lucio Apuleio Saturnino.

Cap. 73.

Lucius Apuleius Saturninus Trib. plebis seditiosus vt gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit,

vt Veteranis centena agri iugera in Africa diuiderentur. Intercedentem Bebiū collegam, facta per populum lapidatione, submouit. Glauciæ Prætori, quod is eo die, quo concionem habebat, ius dicendo partem populi aduocasset, sellam concidit, vt magis popularis videretur. Quendam Libertini ordinis subornauit, qui se Tiberij Gracchi filium fingeret. Ad hoc testimoniū Sempronia soror Gracchorum producta, nec precibus, nec minis adduci potuit, vt dedecus familiæ agnosceret. Saturninus Aulo Mummiō competitore interfecto Tribūnus plebis resectus, Siciliā, Achaiam, Macedoniam nouis colonis destinauit: & aurum dolo, an scelere Capionis partum, ad emptionem agrorum conuertit. Aqua & igni interdixit ei qui in leges suas non iurasset. Huic legi multis nobiles abrogantibus quum tonuisset, iam, inquit, nisi quiescetis, grandinabit. Metellus Numidicus exulare, quàm iurare maluit. Saturninus tertio Tribūnus plebis resectus, vt satellitem suum Glauciam Prætozem faceret, Mummiū competitorem eius in campo Martio necandum curauit. Marius senatuscōsulto armatus, quo censetur, Ne quid Respublica detrimenti caperet, darent operam Consules: Saturninum & Glauciam in Capitolium persequutus obsedit: maximoque astu incisus fistulis in deditiōem accepit: nec deditis fides seruata est, Glaucię fracta ceruix. Apuleius quum in curiam fugisset, lapidibus & tegulis desuper interfectus. Caput eius Rabirius quidam senator per conuiuia in ludibrium circuntulit.

TRIB. plebis.) Adiuuante C. Mario per vim Trib. plebis creatus est, nec minus violenter quàm petierat, tribunatum gessit. Vt gratiam, id est, amicitiam. Legē

tulit.)Fufius hanc legem tractat Appianus de ciuilibus Romanorum bellis, libro primo. Ut veteranis.)Veterani legionarij sunt, qui aliquando militarunt honestè, & iam à militia absoluuntur, Centena agri iugera.) Quot pedibus perficiatur iugurum, diximus capite vicefimo. Intercedentem.)Intercedere, id est, quod vulgo se opponere dicimus. Facta per populum lapidatione.)Lapidationem facere in aliquem est iactis lapidibus impetum in eum facere: nam lapidare hominem, nusquam Latine dici comperio. Concionem habebat.)Apud Romanos duplicem fuisse concionem, diximus alibi. deliberatiuæ autem orationes non modò in senatu, sed etiam ad populum Romanum haberi solebant: quæ tum conciones appellabantur. Sellam concidit.)Curulem sellam intellige, quæ ius dicendo uehebatur Glaucia prætor. Ut magis popularis.)Dicitur popularis qui gratus est populo: hinc popularitas, quæ tyrannidi opponitur. Libertini ordinis.)Ordinum Romanorum discrimen tradit Alexand. libro quinto capite decimo octauo. Is autem Quintius appellabatur.

Subornauit.)Subornare, est latenter seducere. Ad hoc testimonium.)Dicere & dare testimonium, non ferre, à Cicerone dici solitum, opus non esset ut admoneremus, nisi ferre testimonium ut vulgo, ita indoctè dici solitum cognosceremus. Sempronina.)Scipionis Aemiliani coniunx, cum qua non modica simultate & penè dissidio, quòd eam ob morum prauitatem odiosam haberet, aliquando vixit. Producta.)Producere verbum est multæ significationis: Donatus autem propriè res venales produci putat, & producere studia atque sermones in multam noctem dicimus: & hic producta, id est, palam adducta. Ut dedecus familiæ.)Negauit enim planè hunc Quintium Tyberij Gracchi filium esse. Apud Valerium Maximum libro nono titulus est de his qui infimo loco nati, mendacio se clarissimis familiis inserere conati sunt.

Competitore interfecto.)In diuersorium fugiens Aulus Mummius interfectus est in campo Martio, Appiano teste. Siciliam, Achaïam, Macedoniam.)Harum regionum meminimus antea. Nouis colonis.)Per colonos habitatores intellige. Destinauit.)Hic destinare assignare significat. An scelere Cepionis.)Qui Viriatum Lusitanum per prodicionem interfici curauerat. Interdixit ei.)Quint. Cæcilio Metello Numidico scilicet, de quo superius cap. 62. de interdictione aquæ & ignis lege annotationes Budæi in Pandect. In leges suas non iurasset.)Iurare in leges est sese legibus alicuius adigere. Quæ leges ratæ haberentur apud Romanos, docet Alexander ab Alexand. libro sexto cap. decimo quarto. Abrogantibus.)Rogare populum magistratus solebant, an id placeret quod statuerant: hinc derogare legi, & abrogare legem dicimus. Quum tonuisset.)Ciuium multitudo tanta voce in comitiis exclamare cepit, ut de cælo intonasse videretur: quo incidente, nihil ex lege Romanis statuere fas fuit. Cic. Diuinat. 2. lib. Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas, quod omnia quæ tunc senatus populusque Rom. decerneret, diis superis displicere viderentur. Grandinabit.)id est, orientur tumultus ipsa grådine perniciosiores. grandinem verò imbre conglaciato gigni, & niuem eodem humore molli coacto, scribit Plinius libro secundo cap. 60. Exulare quàm iurare maluit.)Id est nobis dictum capite 62.

Tertiò Trib. plebis reffectus.)Reficere pro cõtinuare magistratum apud Ciceronem inusitatum non est. Glauciam Prætorem faceret.)Facere & creare magistratum dicimus vsitatus, quàm quod vulgus dicit, eligere. C. verò Glauciam hunc, turpissimum hominem & leuissimum fuisse, testatur Cic. lib. de oratore 3. & in lib. de responsis arulpius de Roma triumphante lib. 1. Necandum curauit.)Cum Múmius dignior existere, veriti illi Glaucia & Apuleius, nonnullos ad eum cum lignis in ipsa electione premitunt, qui Mummius vulneribus aggressi spectantibus omnibus interfecere. Marius senatusconsulto armatus.)In summo Reipub. discrimine senatus decernere solebat, ut videret eos s. ne caperet aliquid detrimenti Respub. tuncq; licebat consulibus exercitum parare, socios ac ciues ad bellum cogere: tunc autem commissâ Resp. cõsulibus di-

cebatur, permiffa que: vt est apud Cic. Philippica. 5. & Salustium in bello Catilinario.

In capitolium persecutus obsedit.) Ingens multitudo ex agris deuoluta cum Glau-
cia, Apuleio, Catioque Saphinio censore, Capitolium inuaserat. Incisis fistulis.) Tar-
dante Mario patre, nonnulli aquarum fistulas, quæ ad templum confluebant, incide-
runt, verû fistulæ plumbeæ sunt, per quas aqua è fontibus ducitur. Vitruuius lib. octauo
inquit, Ductus aquæ sunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plû-
beis, aut tubulis fictilibus: fistulas quoque appellare licet tubes plumbeos, per quos plu-
uia è tectis ducitur. In deditionem accepit.) Glaucia & Apuleius Marium patrem
sibi auxilio adesse arbitrati, statim sese dederunt: & tandem Caius Saphinius censor.
cæterum deditionis forma describitur apud Liuium in deditione Collatiæ. Nec
deditis fides seruata est.) Nam paulò post sunt trucidati. Glauciæ fracta ceruix,)
Ceruix posterior colli pars est, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam: quæ enim
anterior est, gula dicitur. Quum in curiam fugisset.) Hostiliam esse intelligen-
dam, curiam, si curia sine adiectione ponatur, annotauimus cap. 7. Interfectus.)
Interfecto à tribunis Apuleio, senatus populusque Romanus vna voce clamare occi-
piunt, Metellum esse reuocandum: hæc Appianus bellorum ciuilium li. 1. Rabirius
quidam.) ob id accusatus fuit à Labieno Trib. pleb. defensus est à Cic. cuius oratio ex-
tat imperfecta. In ludibrium.) Quod ludimus deridemusue, & quod ludendi causa
exponimus, propriè ludibrium appellatur.

De Lucio Lucullo.

Cap. 74.

Lucius Lucullus nobilis, disertus & diues, munus
quæstorium amplissimum dedit. Mox per Murenam
in Asia classem Mithridatis, & Ptolemæum regem A-
lexandriæ Consuli Syllæ conciliauit. Prætor Africâ iu-
stissime rexit. Aduersus Mithridatem missus, collegam
suum Cottam Chalcedoniæ obsessum liberauit. Cyci-
con obsidione soluit. Mithridatis copias ferro & fame
afflixit, eumque regno suo Ponto expulit. Quem rur-
sus cum Tigrane rege Armeniæ subueniente magna fe-
licitate superauit. Nimius in habitu, maxime signorû
& tabularû amore flagrauit. Post cum alienata mête de-
sipere cœpit, tutela eius M. Lucullo fratri permiffa est.

LVCIVS Lucullus nobilis, disertus & diues.) Luculli nobilitatis & eloquen-
tiæ meminit Plutarchus in eius vita, diuitiarum vero Horatius libro. Epistolarum pri-
mo. Munus quæstorium) Ludos magnificentissimos intellige, quos populo ex-
hibere solebant quæstores, prætores & ædiles. Classem Mithridatis.) L. Lucul-
lus ante Pompeium ad bellum Mithridaticum delegatus debiliorem ad resistendum
Popeio Mithridatem reliquisse se aiebat, eiusque belli gloriâ soli sibi spectare prædi-
cabat. gefsit autem L. Lucullus Mithridaticum bellum annos septem vt ait Velleius Pa-
terculus lib. 2. Et Ptolemæum.) Hic Ptolemæus regno pulsus, cum à Romanis in
societatem receptus & restitutus esset, moriens populum Rom. hæredem scripsit.
Regem Alexandriæ.) Alexandria nomen est vrbs, quæ vertex est omniû (vt Mar-

cellinus scribit) in Aegypto ciuitatum, qua multa nobilitauit, & magnifica conditoris & architecti solertia Dinocrates. de qua plura Plinius libro quinto. Egesippus libro decimo. Diodorus decimosextimo. & Pomponius Mela libro primo capite nono. Conciliauit.) Conciliare dicimus amorem, odium & inuidiam. Prætor Africam.) Veteres, inquit Asconius Padianus, omnem magistratum cui pareret exercitus, prætorum appellauerunt, unde & prætorium tabernaculum eius. & in castris porta prætorica, & prætorica cohors appellata sunt. Calcedonia.) Calcedonia, vel Chalcedon urbs fuit in Asia iuxta Bosphorum Thracium, ex opposito ad Byzantium, quam Megaræses condidere: lege Pomponium Melam libro primo capite decimonono. Cyzicum.) Cyzicus, aut Cyzicum, insula in Propontide, habens urbem eiusdem nominis, mœnibus arce & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex: vulgo Spica dicitur: lege Strabonem libro duodecimo. Plinium libro 5. cap. 32. Ouidium lib. Fastorum 1. Frontinum lib. 2. capitibus 1. 3. & 4. Obsidione soluit.) Mithridates omni comœtu à Lucullo interclusus, mouere castra coactus est: ob idque Cyziceni diem festum L. Lucullo instituerunt, quæ Lucullea appellauerunt: lege Plinium lib. 5. cap. 32. Florum libro tertio capite quinto. & Appianum in Mithridatico bello. Mithridatis copias.) Prolixum nimis videretur vniuersam historiam ad hunc locum pertinẽtem adscribere: cum illam ipsam longè fufius tractent Appianus, Alex. in suo Mithridatico, Plutarchus in vita Syllæ, & L. Luculli, Cicero in oratione pro Archia Poeta, Iustinus libro 37. Augustinus de ciuitate dei libro 3. cap. 22. Valerius Maximus libro quarto capite sexto. Florus lib. 3. cap. 5. Caterum gesta sunt hæc anno urbis conditæ 662. Ferro & fame affixit.) Mithridatem, cum vigeret plurimum cunctando deuicit L. Lucullus, Plutarcho teste: tuncque ceciderunt supra sexaginta hostium milia: inceptumque est Mithridaticum hoc bellum, anno ab urbe condita 662. vt scribunt Orosius & Eutropius, durauitque annos 42. vt scribit Appianus. Ponto expulit.) Luculi milites Mithridatẽ insequentes, rapiendis opibus occupati, Mithridatem persequi neglexerunt, vt ait Appianus, itaque capiendi Mithridatis occasionem amiserunt. Pontus prouincia Asiæ minoris est, à Ponto rege sic dicta, de qua lege Strabonẽ libris 1. 2. 8 & 11. Cum Tigra) Hunc Tigranem mira celeritate deuicit L. Lucullus. habebat autem Tigranis & Mithridatis exercitus, ducenta quinquaginta peditum, & equitum quinquaginta milia. Tigranes Luculli paucitatem militum deridens, eos dicebat esse nimis multos, si venissent vt legati: si verò vt hostes, nimis paucos. Post hanc victoriam Lucullus Tigrano certa potitus est: acceptaque clade duo illi reges exercitum alium parare properauerunt: in quo peditum septuaginta milia, equitum triginta quinque erant. Qui rursus victi Lucullum fugiunt: Tygranes in Armeniæ interiora, Mithridates in Pontum se contulerunt, Gesta autem sunt hæc anno ab urbe condita 608. Rege Armeniæ.) De Armenia præter Strabonem lege Plinium lib. 6. capitibus 8. & 9. Nimius in habitu.) Huius luxum copiose tractat Plutarchus in Lucullo. Signorum & tabularum) Signa dicuntur sculptilia siue fusilia ad effigiem animalium fabricata: quemadmodum tabulæ, opera pictorum: unde signa & tabulas dicimus pro celatis operibus atque depictis. Nam in tabulis antiqui pingebant, non in parietibus. Tabulæ igitur picturæ sunt: signa verò statuæ. Flagrauit) Metaphoricos, id est, arsit. Post cum alienata mente.) Ab omni publica cura sese profus exoluit, & aduersa mentis valetudine captus diem clausit extremum: fuitque in agro Tusculano sepultus. Tutela eius.) Erudite Seruius tutelam definit. cap. de tutelis. eamque triplicem constituit: testamentariam, legitimam, & datiuam. M. Lucullo fratri.) Qui Macedonicum bellum egit pene eo tempore, quo frater L. Lucullus aduersus Mithridatem profectus est.

De L. Cornelio Sylla. Cap. 75.
Cornelius Sylla in fortuna Felix dictus, quum

paruulus à nutrice ferretur, mulier obuia, Salue inquit, puer, tibi & Reipublicæ tuæ felix. Et statim quæsitæ quæ hæc dixisset, nõ potuit inueniri. Hic Quæstor Marij Iugurthã à Bocho in deditiõnẽ accepit. Bello Cymbrico & Theutonico legatus, bonam operam nauauit. Prætor inter ciues ius dixit, Prætor Ciciliã prouinciam habuit. Bello sociali Samnites Hirpinosque superauit. Ne monumenta Bochi tollerentur, Mario restitit. Cõsul Asiam sortitus, Mithridatem apud Orchomenũ, & Charoneam prælio fudit. Archelaum prælio præfectũ eius Athenis vicit. Portũ Peireum recepit. Medos, Dardanos in itinere superauit. Mox quum rogatione Sulpitia imperium eius transferretur, ad Marium in Italiam regressus, corruptis aduersariorũ exercitibus, Carbonẽ Italia expulit. Mariũ apud Sacriportum Thelesinum apud portam Collinã vicit. Mario Præneste interfecto, Felicem se edicto appellauit. Proscriptionis tabulas primus proposuit. Nouem milia deditorum in villa publica cecidit. Numerum sacerdotum auxit. Tribunitiam potestatem minuit. Repub. ordinata Dictaturam deposuit. Vnde spe deceptus Puteolos cõcessit: & morbo qui phtiriasis vocatur, interiit.

IN fortuna felix) Cum propter alios multos felices rerũ successus, tum præcipuè quod Athenas. quibus vi potitus erat, non euertisset, ob studia quæ illic viguerat: felicissimã Syllæ se admirari fortunã dicebat L. Lucullus, Plutarcho teste. Huius Syllæ gesta militaria scribunt Orosius lib. quinto capitib. 18. 19. 20. & 21. Plinius natural. hist. li. vndecimo cap. 33. & lib. 22. cap. 6. Rursus. li. 7. ca. 43. Strabo libro septimo, & Appianus libro de bellis ciuilibus Romanorum 1. Cæterum dubitari potuit fortior, an felicior esset, teste Sallustio. Et statim quæsitæ) Fusius hanc leges historiam apud Plutarchum in vita Syllæ. Hic Quæstor Marij) anno circa 330. ab Vrbe condita præter duos vrbanos Quæstos, duo alij creati sunt, qui consulibus aut consulare imperium habentibus, ad ministeria belli præsto essent. qualem Quæstorem Syllam fuisse credas. Iugurthã à Bocho.) Bochus Getuliæ & Mauritaniæ rex, socer fuit Iugurthæ Numidarum regis: lege Sallustium. Bello Cymbrico & Theutonico

Quæ bella confecit C. Marius pater. Theutoni vero sunt quos alij Theutones, Ptolemaeus Theutonarios appellat. Plinius lib. quarto. Cymbri, inquit, & Theutoni iidem. Legatus.) Qui fuerint legati consulum, vel prætorum, quæue iurisdictio, aut illorum potestas fuerit, docet Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 3. Bonam operam nauauit.) Nauare operam est obsequiû præstare & adiumento esse. Prætor inter ciues ius dixit.) Prætores urbani intellige iudicem quæstionis, qui à Cic. & Quæstor & Quæstor dicitur. quod autem ius prætorium aut potestas fuerit, lege apud Alexandrû ab Alex. lib. 2. cap. 15. Itaque ius prætorium est, quod prætores introduxerunt, adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis gratia, propter utilitatem publicam: quod & honorarium dicitur, ab honore prætorio sic nominatum: lege annotationes Budæi in Pandectas.

Prætor Ciliciam prouinciam habuit.) Prætores sicuti consules prouincias sortiebantur: erantque prætores tanquam legati consulum: nam ad consulum gerendas vires primum creatos esse prætores constat. Cilicia vero regio est Asiae minoris, Syriæ proxima: lege Plinium lib. 5. cap. 26. Bello sociali Samnites Hirpinosque superauit.) Quando totam Latium aduersus Romanos concitatum erat: tuncque centena hominum milia consumpta referuntur. Hirpini in parte Samnitum commixti censentur: Hirpini ex lupo dicti: qui eis in deducenda colonia, dux oblatum est. Itaque Samnites Hirpini lupum appellant, Strabone teste. Ne monumenta Bochi.) Per monumenta imaginem intellige, quam gestare solebat Sylla, in qua Bochus Iugurtham captiui ad C. Marium patrem Syllæ tradebat perducendum. Afiam fortitus.) Sorte enim quæstores, prætores & consules obtinebant prouincias, eamque sortem fieri diuinitus putabant. Mithridatem apud Orchomenum.) Sylla cum Mithridate pacem his conditionibus fecit, ut Asia, Bythinia, Cappadocia Mithridates excederet: in Pontum regni paterni finibus contentus se referret: omnem eius belli impensam à Romanis factam integre persolueret, ut scribunt T. Liuius, lib. 83, & Appianus in Mithridatico. adiungit Plutarchus in vita Syllæ, ut 70 naues onerarias cum apparatu & ornamentis Syllæ Mithridates traderet, utque Mithridatem Sylla populo Romano socium decerneret, Orchomenus Thessaliæ mons, à quo Orchomenum oppidum quondam ditissimum, de quo Plinius lib. 4. cap. 6, Strabo lib. 9. & Pomponius Mela lib. 2. cap. 3.

Et Charoneam.) Charonea Plutarchi patria totius Græciæ clarissima fuit. Prælio fudit.) Quomodo Mithridatem Sylla superauerit, docet Sextus Iulius Frontinus, lib. 2. cap. 8. ubi agit de constituenda per constantiam acie. Præfectum eius.) Nempe Mithridatis. Athenis) Athenæ nunc vicus est. Vicit.) Apud Pyrea. Portum Peireum.) Peireus Atheniensium portus est. Medos, Dardanos in itinere superauit.) Gesta sunt hæc Cn. Cornelio Lentulo & P. Licinio consulibus. Media Asiae regio, à Medo Medæ, & Aegæi Atheniensium regis filio sic nominata, à qua Medi dicti sunt, de qua Strabo libro 11. Dardania autem in Phrygia regio ab Electræ Iouis filio sic dicta, postea Samothracia vocata est. Rogatione Sulpitiæ) id est, Sulpitij precibus, qui tunc tribunatum gerebat. Imperium eius transferretur.) Per imperium Asiam prouinciam intellige, verum transferri dicitur res, quum non remanet apud eos à quibus transfertur. Carbonem Italia expulit.) Quia fauebat Mario. Carbonis vero calamitatem describunt T. Liuius, Florus lib. tertio cap. 21. Valerius Maximus lib. 9. cap. 2. & Plutarchus in vita Marij & Syllæ. Fuit profecto incredibile aliquos viuere, ut essent quibus imperaretur. Marium.) C. Marium filium intellige, ut annotauimus cap. 68. Thelesinum.) Pontium hunc Thelesinum superauit, cui iugulandum se tradiderat C. Marius iunior. Apud portam Collinam.) Porta Collina Agonenfis dicta est: quæ propter anfractus multiplices, quod partim edita, partim decliua loca essent, nomen sortita dicitur: aut à colle Quirinali sic appellata, eandem hodie Salariam appellant. Mario Præneste interfecto.) Iunior scilicet: verum Syllæ & Marij huius iunioris pugnam copiose scribit Appianus lib. 4.

bellorum ciuilium. Felicem se edito appellauit) Prius Sylla ex decreto Venustum se appellari voluit: deinde Faustus est cognominatus: non enim longe à felici vel fausto, venusti nomen differre videtur. Edictum vero quid sit, docet Budæus in Pandect.

Proscriptionis tabulas.) De sauitia & importunissima Syllæ proscriptione apud Plutarchum in eius vita est. itaq; qui proscriptum necasset, ei Sylla duo talenta præmio constituit: non patrem, non filium, non fratres excepit; bonique ciues & opulenti, quorum bona Syllani concupierunt, vt aduersarij proscripti sunt & necati senatores quadraginta, equites mille & sexcentos ad mortem condemnauit. hac proscriptione Romana ciuitas nunquam quicquid vidit indignius. Itaque Sylla Romanarum legum euerfor est dictus. nam inter grauia & acerba plurima, primus Romanorum sine populi iudicio, ciues morte multauit. Nouem milia deditorum.) Appianus hanc rem fusius multo tractat lib. i. de bellis ciuilibus Romanorum. In villa publica.) De villæ significatione, & eius partibus consule annotationes Budæi in Pand.

Numerum sacerdotum auxit.) Numa primùm se pontificem legit: interiectis autem temporibus collegium pontificum ad 4. mox à Trib. plebis rogatione promulgata ad 8. auctum fuit: mansitque hic numerus longo æuo inuiolatus, donec Sylla ad 15. collegium ampliauit. Tribunitiam potestatem minuit.) Legem ferens, ne cui qui tribunatum gessisset, ad alios honores peteret aditus, velut indignus honore publico semper futurus. Rep. ordinata.) L. enim Sylla iudicandi potestatem ademit equitibus Romanis, eamque senatoribus cõcessit, & legem de ciuitatum gubernatione conscripsit. Dictaturam deposuit) Non coactus, sed vt rerum à se gestarum cuius petenti rationem redderet: tanta erat hominis fiducia, nam vt ait Cicero in oratione cõtra Rullum ad Quirites, interrege Flacco dictatura, quæ per annos quadringentos intermissa fuerat, Syllæ quandiu gerere vellet, demandata est. Vnde spe deceptus) Nam consularibus, comitiis in populi potestate constitutis, nec ipse prorsus accessit: sed vt priuatus medio versabatur in foro, fuitque ab adolescente quodam contumeliis affectus. Paulò post Cumas profectus est ad agros proprios. Puteolos concessit.) Puteoli nunc Puzoli oppidum Campaniæ, propter aquas calidas à puteorum multitudine denominatum, à iustissima Reip. administratione Dicæarchia, aliquando vocitatum: lege Silium lib. 8. & Plinium lib. 9. cap. 8. Qui Phthiriasis) Phthiriasis morbus à Latini pedicularis dicitur. Interiit.) estque sepultus in campo Martio, quo in loco reges duntaxat humari consueuerant. vbi inscriptio ab eo conscripta hunc in modum inuenta est, Nemo me amicus beneficentia, nemo inimicus in ferenda iniuria superauit. Fuitque Syllæ imago equestris, ex auro ante rostra collocata, cuius erat inscriptio, L. Cornelius Sylla Imperator fortunatus. Huius Syllæ funeralia describit Appianus lib. i. de bellis ciuilibus Romanorum.

De Mithridate rege Ponti. Cap. 76.

Mithridates rex Ponti oriundus à septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sexiuges equos, regeret, duarum & viginti gētium ore loqueretur: bello, sociali dissidentibus Romanis, Nicomedem Bithynia, Ario barzanem Cappadocia expulit. Literas per totam Asiã misit, vt quicumque Romanus esset, certa die interficeretur: & factum est. Græciam insulasque omnes, excepta Rhodo, occupauit. Sylla eū prælio vicit, Classen

eius prodicione Archelai interceptit. Ipsum apud Orchinenum oppidum fudit & oppressit. & potuit capere, nisi aduersum Marium festinans, qualemcunque pacem componere maluisset. Deinde eum Cabiris resistentē Lucullus fudit. Mithridates post à Pompeio nocturno praelio victus, in regnum cōfugit: vbi per seditionem popularem à Pharnace filio in turre obsessus. venenum sumpsit. Quum id tardius biberet, quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat immisissimum percussorem Gallum Sithocum autoritate vultus territum reuocauit, & in cædem suam manum trepidantis adiuuit.

MITHRIDATES rex Ponti) Reges Ponti Mithridatis nomina sumpserunt: hicque Mithridates populum Romanum annos 42. bellis infestauit, à primo Mithridate, sextus annūmeratur. Pontus vero in Asia minori ab occidēte Haly flumine clauditur: ab Oriente Colchide à meridie minori Armenia. Oriundus) Quia ab illis parentes eius traxerant originem. A septem Persis) De quibus lege Herodotū li. 3.

Magna vi & animi & corporis) Plinius lib. 25. ca. 2. asserit Mithridatem maximum sua ætate regū fuisse. Ut sexiuges equos regeret) Iuges dicuntur eiusdem iugi pares. Duarum & vigintigentium) Idem ait A. Gellius lib. 17. cap. 17. Bello sociali) Ceterum totum Latium, & confederatæ ciuitates aduersum Romanos bellum gererent. Nicomedem Bithynia) Nicomedes à Mithridate regno expulsus per Syllam regno restitutus est: qui non multis post annis moriens populum Romanū fecit heredem: regnūque eius in prouinciæ formam redactum est. Bithynia autem regio minoris Asiæ, aduersa Thraciæ, & proxima Troadi: vnde Bithyni, qui hodie Turcæ maiores dicuntur.

Ariobarzanem Cappadocia expulit.) Is fuit Cappadociæ rex, qui per Syllam ex senatusconsulto regno restitutus est: à quo Ariobarzani dicebantur Cappadociæ populi. Est autem Cappadocia Pontica regio. Armeniæ propinqua. In quot diuidatur partes Cappadocia, docet Pius 2. pontifex Max. c. 43. Literas per totam Asiā misit) Anno ab Vrbe cond. 562. ante bellum cū pop. Rom. susceptū. Certa die interficeretur) Trigesimo nempe die, vt scribunt T. Liu. lib. 78. & Appianus lib. qui Mithridaticus inscribitur. Et factū est) id facientibus præmium: contra vero, poenā proposuit: interfectaque sunt Romanorū 150. milia, vt scribit Plutarchus in vita Syllæ: atqui Valer. Max. li. 9. ca. 2. cōmemorat octoginta hominū milia duntaxat trucidata fuisse. Excepta Rhodo) Rhodos nomen est vrbis super orientali promontorio sita, dicta quòd capulo rosæ illic inuento sit ædificata. lege Strabonem lib. 12. cap. 14. Sylla eū prelio vicit) Modū victoriæ tradit Sextus Iulius Frontinus lib. 2. cap. 8. sapiissime Mithridates victus fuit, raro victor, vt innuit Cicero in oratione pro Lege Manilia. Tria autem Mithridatica bella fuisse scribit Appianus: vnum quod Sylla, alterum quod Murena, tertium quod Lucullus & Pompeius gesserunt. lege Titum Liuium libris 35. 36. 37. & 38. Item Orosium libri sexti capitibus secundo & quinto. Tribus itaque praeliis ingentibus subactus est Mithridates felicitate Syllæ, virtute Luculli, & Pompei.

peij, magnitudine. Proditione Archelai intercept.) Quem suis militibus præfecerat Mithridates. est autem intercipere totum capere, vt placet, Donato: hic tamen iudicio meo, ex improviso capere significat potius. Apud Orchienum.) Orchienum ciuitas in Aria Asiæ parte, inter Alexandriam & Nibisim ciuitates. Aduersum Marium.) patrem. Cabiris resistantem.) Cabira ciuitas est inferioris Asiæ. Lucullus fudit.) apud Granicum & Asopum amnes, qui ex confluente sanguine tunc cruenti sunt redditi, quo tempore in Italia exortum est bellum seruile. Nam Capuæ ex ludo Lentuli 74. gladiatores profugerunt, & seruorum & ergastulorum tantam multitudinem coegerunt, vt ad 60. milia armarentur: eorumque duces Chrysus, Granicus, & Spartacus fuerunt. Nocturno prælio victus.) Huius victoriæ meminit Sextus Iulius Frontinus libro secundo capite primo vbi agit de tempore ad pugnam eligendo. Item Flavius Vegetius libro quarto capite primo de occultandis consiliis præcipiens. In regnū.) Ponti scilicet. Per seditionem popularem.) Seditionem appellamus propriè, quando populo discordante itur ad manus. A Pharnace filio.) Quoniam crudelis in suos extiterat. Laodicen enim coniugem & sororem, matrem præterea fratremque ac filios Exipodorum & Homocharem impuberes, ac totidem filias interfecerat. Venenum sumpsit.) Lege Aulum Gellium libro 17. cap. 16. Quum id tardius biberet.) Non enim præsentaneum erat, ob medicamina prius sumpta. Multis antea medicaminibus.) Nam contra venenum quotidie utebatur antidoto. Plinius libro 23. capite 8. In sanctuariis, inquit, Mithridatis, Antidoti compositio inuenta à Pompeio, duabus nucibus siccis, & ficis totidem ac rutæ foliis 20. simul tritis, addito salis grano: hoc ieiuno stomacho sumendum est contra venenum. Immissum percussorem Gallum.) Fortem ac strenuum Celtarum ducem Bithynum: rogauitque eum, vt postremam sibi præstaret operam, mortem expetens, ne viuus in manus Romanorum veniens, ad triumphū seruaretur: illachrymans Celta Mithrydatem gladio necauit, regnauit annos 58. auctore Appiano, obiitque anno ætatis suæ 75. bellum autem Mithridaticum annos 40. gestum fuisse Appianus scribit.

De Cn. Pompeio Magno. Cap. 77.

Cn. Pompeius Magnus ciuili bello Syllæ partes sequutus ita egit, vt ab eo maxime diligeretur. Siciliam sine bello à proscriptis recepit. Numidiam Iarbæ ereptā Masinissæ restituit. Viginti sex annos natus triumphauit. Lepidum acta Syllæ rescindere volentem, priuatus Italia abrogauit. Prætor in Hispaniam proconsulibus missus Sertorium vicit. Mox Piratas intra quadragesimum diem subegit. Tigranem ad deditionem, Mithridatem ad venenum compulit. Deinde mira felicitate rerum in septentrione Albanos, Colchos, Heniochos, Caspios, Iberos: tunc in orientem Parthos, Arabas, atque Iudæos cum magno sui terrore penetrauit. Primus in Hircanum, Rubrum & Arabicum mare vsque peruenit.

Mox diuiso orbis imperio, quum Crassus Syriam, Cæsar Galliam, Pompeius urbem obtineret, post cædem Crassi Cæsarem dimittere exercitum iussit. Cuius infesto aduentu vrbe pulsus, in Pharsalia victus, ad Ptolemæum Alexandriae regem fugit. Huius latus sub oculis vxoris & liberorum, à Septimio Ptolemæi præfecto mucrone cõfossus est. Itemque defuncti caput gladio præcisum, quod vsque ad ea tempora fuerat adoratum. Truncus Nilo iactus, à Seruio Codro rogo inustus, humatusque est, inscribente sepulchro, HIC SITVS EST M A G N V S P. Caput ab Achilla Ptolemæi satellite, Aegypto velamine inuolutum, cum annulo Cæsari præsentatum est. Qui non continens lachrymas, illud plurimis & preciosissimis odoribus cremandum curauit.

CN. Pompeius.) Cn. Pompeij titulos omnes & triumphos enumerat Plinius libro septimo capite vicesimosexto. Magnus.) Post Metellum Cn. Pompeius ad Syllam venit, qui non multo post Magnus cognominatus est, & rex regum dictus, teste Appiano bellorum ciuilium libro secundo. Ciuili bello.) Inter Syllam & Marium, anno urbis condite 662. Syllæ partes sequutus.) Pompeium Syllæ discipulum Sertorius appellabat, vt in eiusdem Sertorij vita Plutarchus scribit. Vt ab eo maxime diligeretur.) Latus omnium acclimatoribus, ab vniuerso Syllæ exercitu magnus est salutus, quod ei cognomen factum est: illud quoque honoris Pompeio Sylla præstabat, vt aduenienti assurgeret, eique caput aperiret: quem honorem ne clarissimis quidem senatoribus præstare solebat. Siciliam sine bello.) Domitio ingenti clade expugnato, ac Iarba rege capto, totam subegit Africam, ceterum Siciliam primam omnium prouinciam appellatam fuisse Cicero testatur in initio 4. Verrinæ, illam ipsam Val. Maxim. lib. 6. cap. 2. ait fatale quodammodo fuisse, vt ea tyrannorum libidini succumberet. A proscriptione.) Per Lucium Cornelium Syllam. Numidiam Iarbae ereptam.) Nimidiam hodie vulgus Barbariam appellat. Liuius lib. 89. & Plutarchus in vita Pompeij, huius Iarbae mentionem faciunt, quem nonnulli Hiericam appellant, isque à Põpeio captus est. Masinissæ restituit.) Qui populo Rom. cõfœderatus erat. Is nullo frigore, aut imbri, nõquã adduci potuit, vt caput tegeret. Viginti sex annos natus triumphauit.) Põpeius chlamide magni Alexãdri ornatus, ea ætate adhuc eques Rom. triumphauit, quod ante hanc ætate nemini adhuc cõtigerat, teste Plut. qui 24. suæ ætatis anno eum tunc asserit triumphasse. Rescindere volentem.) Rescindere est id quod vulgo cassare & annihilare dicimus. Priuatus Italia abrogauit.) Priuatum intellige Pompeium equestris ordinis solũ, cui tãta nõ permissa erat potestas. Lepidus in Sardinia nauigauit: ibique post paucum tẽpus obiit. Hic autẽ abrogare, in exiliũ mittere significat. Prætor in Hispaniam.) Prætorum hic intellige prouincialem, & eum cui pareret exercitus.

Sertorium vicit.) Communi Metelli consilio auxilióque Sertorium cum vniuersa factione sustulit Pompeius, Metellóque additus ancipiti fere acie Sertorij vires in Hispania attriuit, donec Hispaniæ factionis suæ pœnas funestas luentis, ciuitates aliquot in Romanam dederentur fidem, & Sertorius domestica oppressus fraude occumberet. fuit enim à Perpenna trucidatus: lege primum Appiani librum de bellis ciuilibus Romanorum. Mox Piratas.) Lege Gabinia Cn. Pompeio concessum est imperium trium annorum, ad persequendos atque tollendos furiosos prædones animalium in morem grassantes: quos toto mari intra quadragesimum subegit diem, nec vna quidem naue amissa: de quo bello præter Appianum, Lege Valer. Maxim. libro octauo capite decimosexto. & orationem quam habuit Cicero de laudibus Magni Pompeij: Plutarchum in vita Pompeij, & Lucium Florum libro tertio capite sexto. Tigranem ad deditiorem.) Reuocato L. Lucullo successit Pompeius, cuius clementia Tigranem ad deditiorem impulit. Mithridatem ad venenum compulit.) Ob idque anno ab Vrbe condita 690. Decio Iunio Syllano, & L. Murena c o s s. de bello Piratico, & Mithridatico triumphauit. In septentrione.) De septentrione lege Gellium libro secundo capite vicefimoprimum & Plinium libro secundo capite sexagesimooctauo. Albanos.) Quo pacto aduersum Albanos sibi Pompeius victoriam parauerit, docet Frontinus libro secundo capite tertio vbi agit de ordinanda acie. Colchos.) Colchis (vt Ptolemeo placet) monte Corace à septentrione clausa est: lege Cælium lib. II. cap. 33. Hemocho.) Hemochea regio Scythiæ, vnde Hemochi. Caspios.) Caspij sunt apud Armeniam, Hircaniam & Parthiam. Iberos.) Iberus nunc Ebro, vnde Iberi, quorum meminimus antea. Nunc in orientem.) Oriens dicitur omnis pars terræ, in qua sol oritur. Parthos.) Parthia regio Assyriæ, à qua Parthi, de qua Strabo lib. II. Hodie Parthi & Assyrij sunt sub ditione Sophij regis. Arabas.) Arabia regio inter Iudæam & Aegyptum, ab Arabo Apollinis & Babyloniæ filio. Solinus Arabiam interpretatur sacrâ, à qua Arabes populi. Illa regio cinamomi, & aliorum odorum ferax est, alioqui sterilis, vt docet Pomponius Mela libro tertio capite octauo. Atque Iudæos.) Iudæa in duas diuiditur partes, in citeriorem & vltiorem, de qua Strabo libro 16. cap. 17. vnde Iudæi à Iuda filio Iacob dicti: est autem Iudæa pars Palestina, quæ olim Philestina dicta est: nunc enim tota Palestina in has quinque regiones diuiditur. Idumæam, Iudæam, Samariam, Galilæam, & regionem trans Iordanem. Primus in Hircanum.) De Hircano mari lege Strabonem lib. II. Pomponium Melam lib. 3. cap. 5. & Pliniū multis in locis. Rubrum.) Quare rubrum mare dicatur, præter cæteros geographos, explicat Pomponius Mela lib. 3. cap. 7. Arabicum.) De mari Arabico nonnulla tradit idem Pomponius Mela libro tertio capite nono. Diuiso orbis imperio.) Vt hanc historiam planius intelligas, lege secundum Appiani, statim ab initio. Crassus Syriam.) Crassi & Pompeij reconciliationem tractat Appianus sub calcem primi libri: Syria vero nunc Suria, & terra sancta vocitatur. Cæsar Galliam.) Cisalpinam scilicet. Lege epistolam Ciceronis ad Octauium. Pompeius urbem.) Nempe Romam, quæ vrbs per antonomasiam dicitur. Post cædem Crassi.) Plinius libro secundo capite 56. huius Crassi interitū describit. Cæsarem dimittere exercitum iussit.) anno ab vrbe condita 700. L. Paulo & C. Marcello c o s s. inter Cæsarem & Pompeium bella ciuilia exorta sunt. C. Cornelius augur eo die Parauij proclamauit rem geri, & vincere Cæsarem. Cuius infesto aduentu.) Infestus, vt ex Nigidio scribit Aul. Gell. is est, qui infestat alicui, eumque properans vrget studetque eum opprimere, ac festinat. Itaque à festinando dicitur. Vrbe pulsus.) Cæsari peditum legiones tum decem aderant, Cæsarum equitum decem milia, Pompeium vero legiones quinque sequebantur, ex Parthia quoque legiones duæ. In Pharsalia victus.) Ita vnus homo insigni nominis fama ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Silicia, Syria, Scythis, Iudæis, capto eorū rege Aristobolo, Albanis, Iberia, Creta, Basternis triumphauit, indignus qui in campis Pharsalicis tam fœdè à C. Cæsare socio interimeretur. Sub oculis vxoris &

Liberorum)Eminus enim vxor,liberi & amici Pompei eadem intuebantur, eoque in praelio è Cesaris exercitu,mille & ducenti perierunt,ac triginta turmarum ductores:ex Pompeij verò partibus senatores decem , equestris ordinis ad numerum quadraginta ex illustrioribus.ex reliquo autem exercitu quinque supra viginta milia cecidisse aiunt.

Mucrone confossum est.)Impropriè mucro pro ense ponitur,sicut tectum pro domo:nam mucro propriè cuspis & acumen est ensis. Pompei verò mortem longe prolixius scribunt Plutarchus in Pompeio,& Appianus bellorum ciuilium lib.2. Ille sexaginta annos natus obiit die natalem suum insequenti. Defuncti caput.) Pompeij caput abscissum Photinus magno pro munere seruauit Casari. Nilo iactus.)Corporis Pompeij reliquum in littore sepultum est. Humatusque est.)Humare est humo tegere:sepelire vero est quoquomodo condere,vt ait Plin.lib.7.& cap.54. Inscribe sepulchro.)A quodam inscriptum fuit epitaphium hoc, Templi pondus erat,modica qui clauditur vrna. Hic situs est magnus Pompeius.)Hunc Cn.Pompeium corporis viribus magnum fuisse præsens hæc ostendit historia:quem & ingenio maiorem testatur M.Cic.lib.de claris oratoribus,Meus,inquit,æqualis Cn.Pompeius vir ad omnia summa natus,maiores dicèdi gloriæ habuisset,nisi eum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Ab Achilla.)Quem & Photinum Pompeij interfectores Casar morte multauit. Qui non continens lachrymas) Pompeij caput ad se delatum mimime intueri voluit,sed sepeliri statim iussit.templumque perexiguum ante urbem condidit,quod indignationis sacrum appellauit.

F I N I S.

P A R I S I I S,

EXCVDEBAT THOMAS
RICHARDVS.

I 5 5 0.

M. V. M.

ALIQ VOT ORIGINAL

1800

1800

1800

1800

1800

1800

1800

Constatment de tout ce qui s'est fait par les dits seigneurs de la ville de Paris
 touchant la vente de la librairie de la ville de Paris et de celle de la ville de Rouen
 par les dits seigneurs de la ville de Paris et de celle de la ville de Rouen
 au profit de la ville de Paris et de celle de la ville de Rouen
 et de la ville de Caen et de celle de la ville de Lille
 et de la ville de Valenciennes et de celle de la ville de Douai
 et de la ville de Arras et de celle de la ville de Compiègne
 et de la ville de Soissons et de celle de la ville de Reims
 et de la ville de Metz et de celle de la ville de Toul
 et de la ville de Verdun et de celle de la ville de Nancy
 et de la ville de Strasbourg et de celle de la ville de Bâle
 et de la ville de Colmar et de celle de la ville de Mulhouse
 et de la ville de Metz et de celle de la ville de Toul
 et de la ville de Verdun et de celle de la ville de Nancy
 et de la ville de Strasbourg et de celle de la ville de Bâle
 et de la ville de Colmar et de celle de la ville de Mulhouse

Pareto legi quisque dicit
 quod timet nihil timere
 ultra: sicut nihil timere

Epistola que intelligitur amica
 quod timet nihil timere
 ultra: sicut nihil timere

C'est par ce moyen de la philosophie et de la science qu'on a pu rendre
 à l'État un grand service en le rendant plus sage et plus vertueux
 et en le faisant plus aimé de son peuple et plus respecté de ses voisins
 et de l'étranger. C'est pourquoi on ne peut assez louer ceux qui ont
 employé leur sagesse et leur courage à l'avantage de leur pays
 et à la gloire de leur prince. C'est aussi pourquoy on ne peut
 assez louer ceux qui ont par leur sagesse et leur courage
 rendu leur pays plus sage et plus vertueux et plus aimé
 de son peuple et plus respecté de ses voisins et de l'étranger.
 C'est pourquoy on ne peut assez louer ceux qui ont employé
 leur sagesse et leur courage à l'avantage de leur pays
 et à la gloire de leur prince. C'est aussi pourquoy on ne
 peut assez louer ceux qui ont par leur sagesse et leur courage
 rendu leur pays plus sage et plus vertueux et plus aimé
 de son peuple et plus respecté de ses voisins et de l'étranger.